

Doctores extenditur ad donationes a quocumque donante quibuslibet aliis personis extraneis, hoc est, qui non sunt de numero liberorum, seu descendendum donatarum. Et ratio est, quia pia, & justa est presumpcio juris, donatorem prole carentem, donationem magnam fecisse cum virtuali, vel tacita hac conditione, nisi mihi liberi nascerentur, nemo enim censetur alienos, seu extraneos posteris suis, seu liberis preferre velle. Clarus, §. Donatio q. 22. num. 1. Molina tract. 2. disp. 282. n. 1. Engel loc. cit. num. 17. Pithing, loc. cit. num. 40. Reiffenstuel loc. cit. num. 69. & alii communiter, arg. leg. Cum avus 102. ff. de condit. & demonstr. leg. Cum acutissimi 30. Cod. de Fideicom. Et hoc idem venit dicendum, etiamsi unica tantum postea nascatur proles, quia licet in cit. leg. Si unquam in numero plurali dicatur de liberis postea susceptis, appellatio tamen liberorum, etiam unicus comprehendit filius, arg. Non est 108. ff. de verb. sig. quia eadem est ratio in uno solo, que in multis; licet enim quis unicam prolem habuisset, vel de ea cogitasset; non censetur donaturus fuisse, illicque extraneum fuisse praelaturus. Pithing, loc. cit. num. 41. Reiffenstuel loc. cit. numer. 69. & alii passim.

22. Limitatur tamen conclusio in donatione facta ecclesie, vel ad aliam piam causam; nam tunc licet postea liberi nascerentur, talis donatio non potest de jure revocari in totum, sed solum usque ad legitimam filius jure naturae debitam. Sic communis Doctorum. Et ratio patet a simili, quia donatio facta filio, si alii filii postea nascantur, non revocatur in totum, sed solum quoad eorum legitimam; leg. In totius 5. leg. Si mater 7. Cod. de inofficior. donationib. Atque ecclesia, seu alia causa pia instar filii habetur, & utriusque causa est aequae favorabilis, ut notant communiter Doctores; arg. Authem. Si qua mulier, Cod. de sacror. ecclesiis, ergo, &c. In tali tamen casu, licet non ex obligatione justitiae, ex aequitate tamen naturali, & quadam honestate spectaret ad populi edificationem, ut natis postea filius totum donatum restitueretur donatori, ut notant communiter Doctores, & praesertim S. Augustinus relatus in cap. Quicumque 43. caus. 14. quest. 4. ibi: Quam laudabile factum S. Aurelii Carthaginensis Episcopi? Quidam cum filios non haberet, nec speraret, res suas omnes retento sibi usufructu, donavit ecclesiae: Nati sunt ei filii, nec opinanti reddidit Episcopus ea, quae donaverat; In potestate habebat Episcopus non reddere (praeter legitimam) sed jure forti, non jure poli? scilicet non ex justitia, sed vel ex charitate, vel naturali aequitate, vel majori honestate. Limitatur etiam conclusio in donatione remuneratoria, vel ob aliam causam facta in commodum ipsius donatarum; talis enim donatio revocari non potest etiamsi ex post donatori nascerentur filii, ut tenent communiter Doctores, quia non est proprie dicta donatio ex mera liberalitate procedens, ut ad ipsam requiritur in leg. 1. in princip. ff. de donat., sed est potius mercedis praestatio, seu meritum compensatio, vel commutatio; adeoque etiam irrevocabilis dicitur in leg. penulti. §. Si quis, ff. de donation.

25. Tertia causa principalis, quod scilicet donatio revocari possit, si sit inofficiosa liberis; habetur expresse in leg. 1. §. 7. & 8. Cod. de inofficior. donat. Donatio enim inofficiosa, quae, ut habetur tot. tit. Cod. de inofficior. donat. est quae fit contra officium pietatis paternae in filios, ut si pater, vel mater, uni vel pluribus filijs, aut etiam

extraneis in tanta quantitate donavit, ut reliquis filiis legitima non remaneat; dat facultatem, seu jus reliquis filiis revocandi donationem usque ad eorum legitimam; leg. Si mater 7. §. leg. 8. Cod. de inofficior. donat. Sive dejin in unum, aut plures filios, sive in extraneos facta sit inofficiosa donatio; leg. 1. Cod. eodem, ibi: Sive in quorundam liberos, sive in extraneos exhausti. Jus revocandi inofficiosam donationem non competit solis liberis descendentibus, sed etiam parentibus, & ascendentibus; si nempe liberi eorum tam excessivas donationes faciant, ut non remaneat eis debita de jure legitima, casu quo praefati donatores absque liberis, seu nepotibus moriantur, leg. Si filius 4. Cod. de inofficior. donat. Et ratio est, quia querela inofficiorum donationis instituta est ad similitudinem querelae inofficiorum testamenti; leg. ali. Cod. de inofficior. donat. Sed querela inofficiorum testamenti non minus ascendentibus, quam descendentibus competit; leg. Nam etsi 15. ff. de inofficior. testam. ergo &c. Et sic communis Doctorum. (Vid. verb. Haereditas leg. 29. Tauri: 3. tit. 8. lib. 5. Cast.)

Donatio mortis causa proprie talis estiam si acceptata a donatario, potest revocari ad libitum donantis; Julius Clarus, §. Donatio, quest. 2. in fin. Menochius lib. 5. praesumptio. 35. num. 11. Mascard. de probationib. conclus. 561. num. 9. Reiffenstuel lib. 3. decretal. tit. 26. artic. 21. num. 699. & ipso teste communis aliorum per text. in §. Mortis causa donatio 1. Inst. de donat. & in leg. Ubi ita 27. ac in leg. Non videtur 32. ff. cod.

Et id etiam verum est, quamvis intercesserit pactum, vel promissio de non revocanda tali donatione mortis causa facta. Sic citati Doctores, & alii per all. gao. jur. Et ratio est, quia de natura donationis mortis causa est, quod sit revocabilis usque ad mortem; cum penitere possit, & ad ipsum, si penitit, donatum revertitur, ut expresse statuitur in cit. §. Mortis causa donatio 1. Institution. de donationib. & concordant aliae citatae leges, per quas clare inquiritur, quod donatio facta cum pacto, & promissione de ipsa non revocanda, non sit proprie donatio mortis causa, sed potius donatio inter vivos; & ideo perinde haberi debet, atque alia querit inter vivos donatio, textu expresso in cit. leg. Ubi ita 27. ff. de mortis causa donat. & nos loquimur, ut patet in conclusione, de donatione mortis causa proprie tali.

Nec valet obijcere leg. Si alienam 13. §. 1. & leg. Senatus 35. §. ad finem ff. de mortis causa donat. ubi dicitur quod sic quoque potest donari mortis causa; ut nullo casu sit ejus respectu, id est nec si convalescerit donator. Non valet, inquam, quia responderetur cum citatis Doctoribus, quod si ita donatur, jam hoc ipso non sit donatio mortis causa proprie talis, sed solum ita vocetur; quia mors est causa impulsiva donandi, textu expresso in citat. leg. Ubi ita, ibi: Ubi ita donatur mortis causa, ut nullo casu revocetur, causa donandi magis est, quam mortis causa donatio; & concordant aliae allegatae leges, & consimiles.

Quandonam donatio mortis causa ipso jure expirat, seu tacite revocata censetur? Vid. sup. art. 1. d. n. 15. ad 18.

Ut resum feratur Judicium de revocatione donationis ob supervenientiam filiorum, videndum quam mente quis donaverit, quae & quanta in donationem conulerit bona, & cui demum donatum sit.

Si donans expresse renunciarit beneficio Legit. Si unquam, cap. de revocac. donat. quidquid sentiant non-

Vis, quae naturae inest, tam efficax consideratur, ut nulla res invenienda erit, cum qua valeat comparari, vel paritatem habere; quare sufficere videbatur hoc assertum ad revocandas haece donationes, propter consensus ad minus in donante defectum ad hunc contractum, aut donationem: nam quando eam fecit, si inscrutabilia Dei judicia donator attingeret, cognoscendo prolem nascituram (quod totus non capit orbis) neutiquam perfectisset hujus qualitatibus contractum; ideo tamquam si sub conditione non impleta, esset donatum non est sustinenda donatio; sed, non innuitur mentali hac consideratione, utpote dispositio legislativa est terminus hujus operis, quidquid ab Auctore firmetur, lex nostra (1) ipso jure, & in totum revocari praescribit, & praecipit.

(1) L. 8. tit. 4. p. 5. Muevense los omes á las vegas das á facer donaciones, porque no han fijos, ni han esperanza de los aver. E por ende declimos que si alguno por tal razón, diese á otro todo lo suyo, ó gran partida de-

llo, que si despues oviesse fijo, ó fija de su muger legitima, con que casase despues, que luego que los has, es revocada, por ende la donacion, é non debe valer en ninguna manera.

nulli, in foro prevaluit opinio, quod non sit locus revocationi donationis ob supervenientiam filiorum, modo tamen renuntiatio non inter clausulas generales sine manifesta filiorum mentione adjecta sit, sed ita sit adjecta, ut de filiorum stipulentiis perspicue & necessario cogitasse donans censetur; Rot. in Verulana donationis 29. Junii 1747. cor. Illustrissimo Clement. ubi quando renuntiatio adjecta dici debet inter clausulas generales sine manifesta mentione filiorum, in Melevisiana Canonica-tuum 12. Maii 1749. cor. eod.

26. Fas donationes infirmat Imperatoris constitutio, quae complectuntur vel omnia bona, vel partem aliquam facultatum. Communis propterea Doctorum sententia constitutum est, ut ex ea lege in retractationem tantum veniat donatio universalis, vel quae ei est proxima, ingens & immoda, quum scilicet partem dimidiam aut tertiam excedat; Voet. in Comment. in Pandect. l. 39. tit. pr. Rot. in rec. dec. 326. num. 28. p. 11. & cor. Crisp. 1. num. 3. aut etiam aliquam minorem si liberorum adnatorum numerus & conditio praeter qualitatem patrimonii ita suadant; Fab. in Cod. lib. 8. tit. 38. definit. 9. Rota in Melevisiana Canonica-tuum 12. Maii 1749. §. 8. cor. Illustriss. Clement.

27. An & quando donatio Jurispatronatus obnoxia sit revocationi ob supervenientiam filiorum, vide apud Rot. in Auriem. Parochialis de Fea super pertinentia parochiali 10. Dec. 1727. & 26. Apr. 1728. cor. clar. mem. Corio, & in Britannicorum donationis 7. Junii 1736. & 17. Junii 1737. coram feliciter recordat. Summo Pontifice CLEMENTE XIII.

28. Plurimum demum postulat animadversionem conditio donatarum. Nam si uni ex filiis donatum, non inde ex aliorum supervenientia revocatur donatio, nisi appareat inofficiosa, & tunc quidem nec in universum, sed pro ea tantum parte, quae contra paterna pietatis officium exhauste legitimam alii filijs ex jure naturae debitam; qua quidem subducta maneat in reliquo donatio; Vinn. select. Jur. quest. lib. 2. cap. 35. Rot. in dist. Melevisiana Canonica-tuum 12. Maii 1749. §. 9. coram Illustrissim. Clement.

29. Quod dicitur de donatione facta filio, id dici nequit de donatione facta ecclesiae, nam quidquid cum aliis asserit Auctor num. 22. in eam communiter itum est sententiam, revocari donationem factam ecclesiae ob supervenientiam filiorum; Clar. §. Donatio, quest. 23. num. 28. num. 2. Zoes. in Pandect. lib. 39. tit. 5. num. 127. Voet. in Comment. ad Pandect. lib. 39. tit. 5. num. 33. Tuld. ad rit. Cod. de revoc. donat. num. 4. optime Anton. Matthaei select. disp. 9. ad l. Si unquam, cap. de revocand. donat. ibi. in fin. (Repete praecedenti art. notata.) &c.

21. Usufructus dotis ad quam pertinet, & quid sub hoc nomine intelligatur; ad num. 22.

23. Proprietas, & usufructus dotis adventitiae sive profectitiae filiofamilias ad quem pertinet stante viduitate, & ad quos post ejus mortem, ad num. 28.

29. Substituuntur Additiones ex aliena manu.

Dotis nomen quodammodo aequivocum est; primo enim late, & communiter perfectiones quaedam, quibus naturaliter afficiuntur homines, dotes appellari solent si qui optimo possit ingenio, facultia, robore, pulchritudine, &c. dicitur bene dotatus, vel optimas habere dotes.

Secundo, & proprie, à Theologis ornatus, & dona quaedam supernaturalia à Deo animae sibi aeternae desponsatae largiter concessa, Dotes animae vocantur; immo cum beatitudo, quae ex Boetio 3. de consolat. est status omnium bonorum aggregatione perfectus, taliter aditus in corpus redundat, quod aeternus beatus etiam ipsi ornatus, & dona quaedam supernaturalia clariguntur, illa corporis gloriosi dotes nominantur; Dos autem theologice, ac supernaturaliter sumpta generatim describi potest, quod sit ornatus, & donum quoddam perpetuum in aeterna beatitudine proportionaliter animae, & corpori concessum.

Tertio, nomen dotis iudice, & civiliter capitur pro eo scilicet quod sive mobile, sive immobile datur intuitu matrimonii; & de hac praesertim procedit titulus, prius tamen Theologorum communiter quae supra, breviter perstringamus.

Dotes igitur animae beatae tres à Theologis recensentur; videlicet clara Dei Visio, comprehensio, seu Tuitio, & Fruitio. Prima sufficitur loco Fidelis, secunda Spei, tertia Charitatem nunquam excidentem perficit; de quibus fuse Scholastici; si autem queras cur Fides, Spes, & Charitas animae in via tribuatur nec aliter ejusdem dotes? responderetur id esse, quia unio indissolubilis, & consummata anima cum Christo, quae analogice matrimonium dicitur, quo Christus eam sibi sponsat, non est nisi in patria; quamdiu enim sumus in hac vita ex Apostolo 2. ad Cor. 5. peregrinamur à Domino: quae autem ante matrimonium dantur, non dotes, sed donationes potius vocantur; & idem dicendum de bonis aliis ante ingressum gloriae collatis.

Uterius obiter accipe, ultra dotes praedictas omnes Beatis communes à Theologis insuper assignari praemia quaedam propter heroicitates quasdam aliquibus concessa, quae Aureolae vocant; est autem Aureola generatim accepta praemium aliquod accidentale reportatum in caelo propter insigne aliquod factum, & singularem victoriam in vita Beatis obtentam de capitalibus christianae salutis inimicis, diabolo scilicet, mundo, & carne: hinc tres communiter à Theologis assignantur Aureolae. Prima est pro Martyribus, qui heroice triumpharunt de mundo, saevas persecutiones sustinendo, & mortem ipsam subeundo, Christum fortiter confitendo. Secunda est pro Doctoribus, qui per sapientiam, & doctrinam, erroris, infidelitatisque tenebras propulsantes decipientem diabolum excelenter debellarunt. Tertia est pro Virginibus, sive omnibus illis, qui per continentiam virginalem carnem insigniter calcarunt; dicuntur autem Aureolae, seu quaedam parvae aureae coronae; non quia magnae non sint, sed quia exiguae videntur respectivae ad beatitudinem essentialem, quae aurea, seu corona aurea dicitur.

Corporis gloriosi dotes quatuor à Theologis enumerantur; nimirum impassibilitas, claritas, agilitas, & subtilitas. Per impassibilitatem corpus gloriosum erit incorruptibile, & immortale. 1. ad Corinth. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem, consequenter nec pati poterit quidquam; Isaias 49. neque esurient, neque sitient, &c. & Apocal. 21. Absterget Deus omnem lacrymam, &c. Per claritatem corpora Beatorum fulgebunt quam maxime Matth. 13. Tunc Justi fulgebunt sicut sol. Ad Philippens. 3. Reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae; unde si in densissima nocte unicum

DOS, DOTARE.

ARTICULUS I.

Dos quod variam ejus acceptionem, naturam, divisionem, & proprietatem, seu dominium.

SUMMARIUM.

- 1. Dotes varie acceptiones, ad num. 3.
- 4. Dotes Animae beatae, Aureolae Beatiorum, dotes corporis beati, quod sint, & quae, ad num. 7.
- 8. Dos civitatis sumpta quid sit, & quotplex, & quae diversa ejusdem ratio, ad num. 10.
- 11. Ad quem spectet dominium seu proprietatem dotis estimatae sive in re mobili, sive immobili, ad numer. 14.
- 15. Dominium dotis non estimatae quomodo inter maritum, & uxorem dividatur. & quando totum in hunc transferatur, ad num. 17.
- 18. Quid jure tam civile quam canonico cautum sit circa alienationem, & hypothecam fundi dotalis, ad numer. 20.

è gloriosis corporibus appareret, nosam ipsam verteret in lucidissimam diem. Per agilitatem corpora Beatiorum vim se absque difficultate, & fatigatione quaqua versus movendi habebunt. *Isai. cap. 40. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assumant pennas sicut aquile, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient. Sapient. 3. Tamquam scintilla in arundineo discurrunt. Per dotem subtilitatis, quæ arguitur ex 1. ad Corinthe. 15. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale, Beatiorum corpora cælos aliæque corpora penetrare, ac per illa transire poterunt, sicut Christus Dominus ex Virginis utero, & sepulchro est egressus, januis clausis ad Apostolos ingressus, ac cælos penetravit. Verum in assignanda hujusmodi dotis ratione non parum discrepat Theologi; nobis tamen præfata extremis libris sufficit, fusius enim hic immorari non expediat; interim ex his quisque meminere, quod Apostolus ait 1. ad Corinthe. 2. Oculus non vidit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparavit Deus dilectis 1. & ad Rom. 8. Non sunt condigna passionibus hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.*

7 Dos juridice, & civiliter capta est bonum in pecunia, seu in alia re mobili, vel immobili consistens, ab uxore, vel alio ejus nomine datum marito ad onera matrimonii sustentanda, ut videlicet ex ejus fructibus uxorem, & familiam facilius sustentare possit. Colligitur hæc definitio ex 4. Dotis 1. ff. de jure dotium, & l. Pleurumque 10. §. 3. ff. ad. Et in re communis. Dos est duplex: Profecticia scilicet, & Adventitia. Dos Profecticia est illa, quæ à patre, vel ab alio, ascendente paterno filiam in potestate habente, vel ab alio, intuitu tamen patris, datur, l. Profecticia 4. ff. de jure dotium, & l. unica C. de rei uxoria actione. Dos Adventitia est illa, quæ nec à patre, nec ab ascendente paterno, sed ab alio absque ullo intuitu patris datur; leg. unic. §. Accedit C. de rei uxoria actione.

11 Dominium, seu proprietates dotis tradite in re mobili in certo numero, pondere, & mensura, ut in tanta pecunia; in tot pecoribus, & hujusmodi pertinet absolute ad maritum, ita ut de ea pro suo libitu disponere possit; cum obligatione tamen quod soluto matrimonio ipse, vel ejus hæres restituat tantundem ejus generis, & qualitatis in eodem numero, pondere, & mensura, textu expresso in l. Si res in dotem 42. ff. de jure dotium, ibi: Res in dotem data, si numero, pondere, aut mensura constans, mariti periculo sunt, quia in hoc datur, ut eas maritus ad arbitrium suum distradat, & quandoque soluta matrimonio ejusdem generis, & qualitatis restituat vel ipse, vel hæres ejus. Sic etiam ad maritum spectat dominium, seu proprietates dotis sive in mobili, sive immobili, quando ei talis dos traditur æstimata æstimacione faciente venditionem, textu expresso in l. Quoties 5. C. de jure dotium; ibi: Quoties res æstimata in dotem datur, maritus dominium consecutus, summa velut pretii debitor efficitur; Si igitur non convenit, ut soluto matrimonio restituatur, retinebit eas, si pecunias tibi offert. Concordat. l. Pleurumque, 10. §. 4. ff. de jure dotium; ibi: Si ante matrimonium æstimata res dotata sit, hæc æstimatio quasi sub conditione est: namque si hæc habet conditionem, si matrimonium fuerit secutum: secutus igitur nuptiis æstimatio rerum perficitur, & fit vera conditio. Unde sequitur, quod si res æstimata percant, aut deteriores fiant, pereunt, aut deteriores fiunt ipsi marito ut eorum domino, sicuti tamquam verus dominus lucrum, si quod esset ex ipsis referret, textu expresso in l. Cum dotem 10. C. de jure dotium, ibi: Qui eum debet æstimacionem à te mulieri debere, cum periculo tuo res deteriores fiant, vel augmenta lucro tuo recipiant, & concordat. l. unic. §. 9. C. de rei uxoria actione, ibi: Estimatarum enim rerum maritus, quasi emtor, & commodum sentiat, & expensum subeat, & periculum expectat. Hinc plurimum interest mariti, ut res dotales absque æstimacione recipiat, textu expresso in l. Pleurumque 10. ff. de jure dotium, ibi: Pleurumque interest viri (res in contractu nuptiali) non esse æstimatas, ne periculum rerum ad eum pertineat, quia

tunc si æstimatio non processit, damnum superveniens absque culpa mariti, & deterioritas ipsarum rerum dotalium non æstimatarum in solam cadit uxorem, textu expresso in c. l. Pleurumque, ibi: Quoties igitur non æstimata res in dotem datur, & meliores, & deteriores mulieri fiant.

Dominium naturale dotis in re immobili, non æstimata, sed præcisè taxationis causa, non æstimacione faciente venditionem, pertinet ad uxorem; civile vero transit ad maritum. Rota part. 8. rec. decr. 259. n. 1. & part. 15. decr. 277. num. 16. textu claro in leg. In rebus 30. C. de jure dotium; ibi: Cum eadem res ab initio uxoris fuerint, & naturaliter in ejus permanerint dominio, & clare evincitur ex his omnibus juribus, in quibus dos dicitur proprium patrimonium uxoris, ut in leg. 3. §. Sed utrum, ff. de minor. leg. unic. §. & hoc C. de rei uxoria actione; & ex his juribus, in quibus dicitur dos esse in bonis mulieris, ut in leg. Filius, ff. de 16 collat. bonorum, vel simpliciter esse mulieris, ut in leg. Pater, ff. de evict. & in leg. quamvis, ff. de jure dotium, & respectu mariti dicuntur esse res alienæ; l. §. Si constante, §. si maritus, ff. de jure dotium; & leg. Donatio, §. fundum, & l. Etiam, §. 1. cod. tit. Unde fundus totalis remanet in dominio uxoris, & ad ejus periculum stare dicitur, & nunquam transit in verum, & naturale dominium viri. Rota part. 2. rec. decr. 10. n. 27. decr. 21. num. 39. part. 13. decr. 51. num. 9. part. 15. decr. 83. num. 11. & l. 2. part. 10. n. 1. decr. 98. num. 19. Soluto matrimonio, dominium civile ipso jure, & ministerio legis statim transfertur in uxorem, & consolidatur cum naturali, l. dotis, ff. soluto matrimonio. Rota part. 13. decr. 349. part. 15. decr. 190. num. 6. & decr. 279. num. 17.

Fundus dotalis, seu dos in re immobili non æstimata ita spectat ad verum, & naturale dominium uxoris, ut maritus eam alienare, hypothecare, aut aliâs obligare non possit; *Princip. Instit. Quibus alienare licet, vel non? ibi, Dotale prædium maritus in omnia muliere per legem Juliam prohibetur alienare. Rota part. 3. decr. 573. num. 2. part. 4. tom. 2. decr. 492. num. 1. part. 8. decr. 91. num. 6. part. 9. tom. 1. decr. 431. num. 8. decr. 269. num. 13. & sequent. part. 15. decr. 190. n. 5. part. 18. tom. 1. decr. 98. num. 29. part. 19. tom. 1. decr. 68. num. 20. & ead. part. 19. tom. 2. decr. 436. num. 4. Immo neque alienare potest cum consensu uxoris. *Civ. Inst. Quibus alienare licet, vel non, ibi, Interdicta alienatio, & obligatio* de hypotheca in specie erat prius etiam sermo) ut neutrum eorum, neque consentientibus mulieribus procedat, & ratio additur istis verbis: Ne si xus mulieris fragilitas in perniciem rubrantes ejus convertatur; Concordat Novell. 61. cap. 1. §. 1. Rota recent. part. 4. decr. 619. n. 2. part. 19. tom. 1. decr. 214. num. 1. De jure tamen canonico valet alienatio interveniente uxoris juramento, quo se obligat ad non revocandum alienationem, aut ad non contraveniendum, prout expresse statuitur, & in hoc pacto jus civile corrigitur; cap. Cum contingat 28. de jurjurando, ibi: Cum contingat inter dum quod constante matrimonio alienationibus super rebus dotalibus, & donationibus propter nuptias consentiant, ne ulterius contraveniant proprio Sacramento firmando; ac soluto processu temporis matrimonio, contravenire nintant: Utrum hoc eis liceat à nobis tua fraternitas requisivit. Nos autem fraternitati tue respondimus, quod etsi mulierum consensus in talibus non videatur obligatorius secundum legitimas sanctiones; ne tamen preteritu viam contingat perjuris apertis, mulieres ipse servare debent hujusmodi juramenta sine vi, & dolo sponte præstita, cum in alterius præjudicium non redudent, nec observata vrgant in dispensandum salutis æternæ. Rota, part. 4. tom. 2. decr. 493. num. 3. & 4. part. 9. tom. 1. decr. 269. num. 12. & sequent. part. 19. tom. 2. decr. 436. num. 5. *Vid. verb. Laicus, ver.* Varia:*

Ususfructus dotis etiam rei immobilis, & inæstimata pertinet ad maritum; textu expresso in l. Dotis 7. de jure dotium; ibi, Dotis fructum ad maritum pertinere aequitae suggerit, & additur ibi ratio his verbis: Cum enim ipse onera matrimonii subeat, æquum est eum etiam

fructus percipere, & concordat. l. Pro oneribus 26. Cod. eod. tit. ibi: Pro oneribus matrimonii mariti lucro fructus totius dotis esse, quos ipse cepit... manifestissimi juris est. Si tamen lucrum percipitur ex fundo dotali non pertinet ad fructum, seu redditum naturam, & si sors quædam præcipua, quæ dotem augeat, non pertinet ad maritum, textu expresso in leg. Si ex lapidicinis 12. ff. de jure dotium; ibi: Si ex lapidicinis dotale fundi lapides, vel arbores; quæ fructus non essent, venderitis, nummi ex ea venditione recepti, sunt dotis.

Sic etiam licet maritus habeat ususfructum silvæ ead. duæ pro dote sibi traditæ; non tamen potest sibi retinere lucrum percipitur ex alienatione arborum prægrandium, aut arduarum ibi existentium, cujus proinde rationem quod ab ipso poterit ipsa mulier, vel ipsius hæres; quod etiam verum est, licet ventorum vi arbores illæ ceciderint, textu expresso in leg. Fructus 7. §. 12. ff. soluto matrimonio; ibi: Si arbores cadau fuerint, vel gramiales, dicit oportet in fructum cedere; Sin minus, quæ deteriorum fundum fecerit, maritus tenetur. Sed & si vi temporaria ceciderint; dicit oportet pretium earum restituendum mulieri, nec in fructum cedere. Idem est dicendum de marito, qui vendit ligna, lapides &c. veteris ædificii, quod reficere necessarium, neque utile est; leg. Si ex lapidicinis 31. ff. de jure dotium; ibi: Sive superficies ædificii dotalis voluntate mulieris vendiderit, nummi ex ea venditione recepti sunt dotis.

(Quæ ex num. 7. hucusque proponuntur, abs dubio per præsentium & leg. 1. 2. 7. 16. 18. 19. 20. 21. 22. 26. 27. & 28. tit. 11. part. 4. leg. 3. in fin. tit. 3. tit. 3. lib. 3. For. Reg. confirmantur; videatur etiam verb. Artha, pag. 236. ver. Cum in arthi: usque in fin.)

Dominium, seu proprietates dotis amittitur ab uxore propter ejus adulterium, & transit in maritum: similiter à marito propter ejus adulterium amittitur dominium, seu proprietates donationis, seu donati propter nuptias, nisi inter se reconciliati fuerint; leg. Dotem 24. Cod. de jure dotium; leg. Consensus, §. Si vero causam, Cod. de repudiis, cap. Pleurumque 4. de donat. inter virum & uxorem; ibi: Si mulier ob causam fornicationis judicio ecclesie, aut propria voluntate (scilicet ob eandem causam) à viro recesserit, nec reconciliata postea sit eidem, dotem, vel dotalium repetere non valet; & in ejus sumario dicitur expresse: Mulier propter adulterium à viro separata perdit dotem; & sic tenet communis cum Glossa *ibid.* verb. Dotallium & alia Glossa in cap. Ex part. 10. de consuetudine verb. Bonis. Hoc tamen intelligi debet post Judicis sententiam, est enim poena, sicuti ex communi docent Sa. verb. Divortium num. penultim. Sanchez l. 10. de matrim. disp. 8. num. 12. Layman l. 3. de just. traçt. 4. cap. 3. num. 6. *(Vide verb. Adulterium, & Divortium.)*

Soluto per mortem mariti matrimonio, filia familias vidua habet plenum jus sive dotis adventitiæ tam quoad proprietatem seu dominium, quam quoad ususfructum privative etiam quoad patrem. Bossius traçt. de dote cap. 3. num. 92. Constantius Rogerius de Dote q. 10. num. 18. Baldus Novellus de Dote part. 6. priv. 33. & leg. duob. sequentib. & part. 8. privileg. 10. & communis aliorum; & habetur leg. Pomponius Philadelp. ff. Famil. erciscund. & colligitur ex leg. Causus ff. sol. matrim. ubi cum ageretur de nepte, quæ erat sub patria potestate, & quereretur, cui competere actio ad dotem ab Avo materno constitutam, respondit Paulus Jurisconsultus favore nuptiarum eam actionem competere nepti, ac proinde videtur negare de patre, & hæredibus per textum in leg. Cum Prætor, ff. de judic.

Soluto matrimonio dominium, seu proprietates dotis profecticiæ pertinet ad filiam familias viduam, Menochius de præsumptionib. lib. 3. præsumpt. 29. num. 80. & de arbitriis lib. 2. cap. 88. num. 39. Mascard. de pro-

bationib. conolus 572. num. 6. Stephanus Gratianus tom. 2. discip. for. cap. 301. num. 30. Paschalis de viribus paritæ potest. part. 2. cap. 4. num. 47. & ad num. 69. ad final. Camillus Borellus in summa decr. part. 3. tit. 4. d. num. 74. ad 78. Et ratio est; quia pater constituit dotem filie familias intelligitur eandem donare, seu constituere cum animo donandi. Salicetus in leg. Ex morte. Cod. de pact. conventi. Cephalus cont. 755. num. 5. vol. 5. Alexander cont. 99. num. 2. vol. 7. Quinimo nedum donare, sed etiam munus adimplere, ad quod tenetur; leg. Si cum dote pater ff. solat. matrimonio, & leg. Eam dotem; Eorum autem, quorum sit donatio, vel ex libera voluntate, vel quodammodo ex debito, dominium transit ad donatarium, ut habet communis ex vulg. jur. Talis autem dotis profecticiæ usus pertinet ad patrem, ad quem reverti debet, nisi aliud conventum fuerit in constitutione ipsius dotis; & hoc quousque eadem filia secundo nubat, quomodo tamen pro eo tempore alatur à patre. Est communis; arg. 1. Eos à patre. Cod. solato matrimonio; l. si ab hostibus, ff. eodem, & leg. 6. de jure dotium. Mortua uxore ususfructus dotis spectat ad virum; proprietates vero pertinet ad filios; l. 1. Cod. de bonis matern. Rota p. 3. decr. 1266. sub num. 2. & part. 11. decr. 368. num. 25.

(Ne sæpissime auctores iterentur, utpote in articulis proximis earundem, quæ præcedentibus quatuor numeris possunt adnotari, subsequitur recordatio: ad eos remittitur Lector.)

Interest dignoscere, quando res in dotem data sit æstimata, & quando inæstimata, tum ob effectus, quos affert Auctor, tum ob alios effectus. Ad vide de hac materia Rot. in Spoletana Immissionis super bonis S. Anatalli 15. Julii 1725. cor. bon. mem. Nunez; in Romana dotis super mandato 21. Januarii 1737. cor. felicis recordat. Summo Pontifice CLEMENTE XIII. In Romana Immissionis super bonis Catherinæ Putigianæ 6. Maji 1737. cor. clar. mem. Millin. In Eugubina Reintegrationis 21. Junii 1737. cor. clar. mem. Calcag. in Romana super Janhen. locorum Montium 23. Junii 1738. cor. eodem in Romana Immissionis 8. Maji 1743. cor. bon. mem. Lana in Romana dotis 10. Maji 1748. cor. clar. mem. Matthæo.

ARTICULUS II.

Dos quoad illos, qui tenentur eam dare.

SUMMARIUM.

- 1 **P**ater tenetur dotare filiam, & à quibus dispensari nequeat, ad num. 5.
 - 6 **A** quibus vero dispensetur, ad num. 8.
 - 9 **I**n defectu patris qui tenentur ergo defloratam tam in foro externo, quam interno, ad num. 22.
 - 23 **C**lericus in sacris constitutus sine uxore, quando in utroque foro tenetur ratione stupri puellam dotare, quando non, ad num. 26.
 - 27 **Q**ua sit defloratoris obligatio circa quantitatem dotis in utroque foro, ad num. 34.
 - 35 **Q**uando deflorator, nec dotare, nec ducere tenetur defloratam, ratione habitæ utriusque fori, ad n. 38.
 - 39 **S**ubstantur Additiones ex aliena manu, ad n. 53.
- P**ATER tenetur dotem dare filie; textu expresso leg. 1. ultim. Cod. de dotis promissione, ibi: Neque enim de ius incognite sunt quibus cautum est, omnino paternum esse officium dotem, vel ante nuptias donationem pro sua dare progenie; & ibid. verb. Intelligi docet Glossa communiter recepta, & concordat. l. Qui lib.
- 9** Quia mortua uxore, ad virum dotis ususfructus pertinet, si in ejusdem patris potestate sint filii ad huc constituti, est indubitabile; non vero si extierint ex ea (1).
- (1) **Vid. verb. Mater, in addit. in princ. Vid. verb. Ususfructus, num. 13.**

2 heros 19. ff. de ritu nuptiarum. Et conclusio procedit etiam si filia cum patris consensu nubens, propria bona adventitia habeat, nisi pater gravi inopia laboret, ut statuitur in citat. leg. ultim. Cod. de dotis promission. ut tenent communiter Doctores apud Covarrub. in epist. p. 2. cap. 3. §. 7. num. 9. Layman lib. 3. de Institut. tract. 4. cap. 13. num. 4. Item procedit conclusio etiam si pater filiam matrimonio collocaverit nulla facta mentione dotis; Glossa in leg. Obligamur, vers. Lege ff. de action. & obligat. Abbas in cap. 1. de sponsalib. impub. num. 6. Sanchez lib. 4. disput. 26. num. 3. Layman loco citato num. 4. & alii communiter. Et ratio est, quia tacite intelligitur sponso dos promissa, eo quod pater non solum obligatus sit ad providendum filie maritum, sed etiam ad dandam ei dotem; leg. Qui liberos 19. ff. de ritu nuptiarum. Dos enim datur ad sustinenda onera matrimonii, & mulier sine dote facile contemneretur a viro. Eadem ratione, si mulier dives, non facta expressione, conventionis dotis ducta sit, tacite censetur ejus bona, vel saltem pars bonorum pro conditione, & dignitate viri in dotem constituta, quae si non solvatur, justam causam maritus habet alimenta uxori negandi; Sanchez lib. 9. disputat. 5. concl. 2. Guill. leg. 2. observat. 96. num. 10. Layman loco citato numer. 4. Et ratio est, quia cum dos detur ad sustinenda onera matrimonii; argument. tot. Tit. ff. & Cod. de jure dotium, debet uxor dives assignare marito congruam dotem pro tali matrimonii onere sustinendo. Insuper procedit conclusio etiam si filia, in scio, & invito patre, viro tamen digno nupsit, Ripa in leg. 1. ff. de soluto matrimonio num. 57. Menochius de praesumptio. lib. 4. praesumpt. 189. Sanchez citat. disputat. 26. num. 16. Layman loco citato numer. 4. Reiffenstuel lib. 4. decretal. tit. 20. num. 39. & alii communiter. Et ratio est, quia pater licet aegre ferre possit tale matrimonium secundum modum, ex quo ipso in scio contractum fuerit; non potest tamen rationabiliter illud aegre ferre secundum substantiam, cum pater ipse tenetur providere filiae de viro digno, & ei congruam dotem tradere; l. Qui liberos 19. de ritu nuptiarum.

6 Limitatur tamen conclusio in casu, quo filia ante annum 25. in scio patris, & invito, nupsit indigno moribus, aut genere; Tunc enim cogi non potest pater ad plene dotandam talem filiam, sed solum ad alimenta necessaria praestanda, quae pater liberis suis indigentibus, etiam ingratas, & immorigeris naturali jure dare tenetur; arg. cap. Cum haberet, de eo, qui duxit, & leg. Qui ad liberis, §. Si vel parentis, ff. de liberis agnoscendis, & tenet communis cum Covarr. in epist. p. 4. cap. 3. §. 8. num. 6. Sanchez lib. 4. disput. 26. num. 19. Rodria. tom. 1. summ. cap. 14. num. 4. Layman loco citato num. 4. Unde ad iudicem pertinebit arbitrari considerata indignitate mariti, & inobedientia filiae, utrum delictum ejus dotis subtractionem mereatur; Non enim competit patri facultas statim exheredandi filiam ita nubentem, aut ei notabiliter dotem minuendi sine arbitrio Judicis, ut statuit Carolina Constitutio in Comitibus Augustanis promulgata, teste Hannoldo tract. 4. c. 5. contract. 5. num. 282. Indignus autem censetur conjux ille, qui alter nubere absque dedecore juxta mores civitatis non potest, arg. l. Si adulterium cum incestu §. Stuprum, ff. ad leg. Juliam de adulterio, ibi; Contumacia Juris, & sanguinis contumelia; Sic etiam indignus conjux censetur qui est malorum morum; arg. l. Sed ea ff. de spons. & l. Nuptiae Cod. de nupt. ibi: Si pares sint genere, & moribus; Menoch. de praesumpt. l. 4. praesumpt. 189. num. 25. in fine. Sanchez l. 4. disput. 26. num. 23. Reiffenstuel loco citato num. 41. Limitatur in super conclusio in omnibus illis casibus, quibus pater filiam exheredare potest; Sic communis Doctorem cum Sanchez lib. 4. disput. 26. num. 1. Reiffenstuel loc. cit. num. 43. Non enim major ratio requiritur ad privandam filiam dote, quam ad eam privandam legitima, cum dos substituat legitima, & in eam imputetur; l. quoniam 20. C. de inoffic. testament.

9 Si pater dotare nequit filiam, tenetur eam dotare uxore paternis; arg. l. dotem 7. ff. de jur. dotium; Et qui-

dem ante Matrem, prout cum pluribus Juris doct. Hannoldus tract. 4. cap. 5. num. 386. Reiffenstuel loc. cit. num. 45. arg. l. Neque mater, C. de jure dotium. In defectu patris, & avi paterni, & accedente magna, & probabili causa tenetur mater ipsa dotare filiam, arg. leg. Mater 14. C. de jure dotium, ibi: Neque mater pro filia dotem dare cogitur, nisi ex magna, & probabili causa, vel lege specialiter expressa; Neque pater de bonis uxoris suae invite ullam dandi habet facultatem. Magna autem, & probabilis causa intelligi debet, si filia, & pater inopes sint, mater autem dives; tunc mater sicut alere tenetur filiam, ita & dotare. Molina tom. 2. disput. 424. post princip. Petr. Gregor. Tollosan. lib. 9. Syntag. c. 18. num. 6. Layman loc. cit. num. 6. Dos enim succedit loco alimentorum, sibi verber. Dos. q. 5. In defectu omnium dictorum ascendentium tenetur frater dotare inopem sororem ex patre; arg. leg. Cum plures 12. §. 3. ff. de administ. & pericul. Tutor; ubi statuitur, fratrem non teneri dotare sororem ex alio patre natam, seu tantum uterinam, unde a sensu contrario recte inferitur, eum teneri ad dotandam sororem ex eodem patre natam, si non habeat propria bona, & non sit ab aliis dotata. Sic communis Doctorem cum Hannoldo loc. cit. num. 389. Layman loc. cit. num. 5. Dotem dare tenentur omnes, qui illam serio promiserunt, cujus tamen sint sexus, aut conditionis; arg. leg. promittendum 14. ff. de jure dotium, ibi: Promittendo dotem omnes obligantur, cujuscumque sexus, aut conditionis sint; dummodo tamen sit major 25. annis; l. ultim. C. ad Nativ. Vellejan. ibi: Generaliter sancimus, ut si quis major 25. annis sive masculus, sive femina dotem pollicitus est, vel sponderit pro qualibet muliere, cum qua matrimonium licitum est, omnino compellatur suam confessionem adimplere.

(Leges 8. & 9. tit. 11. part. 4. tit. 16. part. 6. si recognoscantur, invenies precedentem doctrinam propemodum confirmatam: in eis animadvertitur, patrem, etsi filia ad vitam subsistentiam necessaria alimenda habuerit, eam dotare teneri a avum, ceterosque paternos ascendentes, dummodo neptis, reliquae descendentes sui eorum potestate habeat inopia laborent, ad idem posse compelli t. matrem non vero, nisi haeres infecta, aut judaica, seu mahometanam sectam profiteatur, & filia vid. per tot. add. nov. pag. 147. verba Apostasia, vers. Addito si infidelis non sit: fratrem dotem ad ejus matrimonium copulandum praehere dotem obstringit; pater etiam ex leg. 11. 12. & 13. ejusd. tit. 11. part. 4. pure, sub conditione, seu ad certam diem constituti dotem valere, si ejus promissio praesertim ab extraneo fuerit verificata; Conducunt omnia ad D. Gregorio Lopez ad praedictarum legum intelligentiam, & extensionem, simulque antecedentis doctrinae in ejus commentariis relata, nam uterque eadem sequitur opinionem. Non praedjudicat ea recognoscere quae verber. Alimenta, ex pag. 96. ad 113. praenotantur, praecipue in add. novis. hisp.

Ubi non parvum advertitur discrimen, in doctrina ex num. 5. cum hispanicis decisionibus conlata procedit consensus paternus, maternus, cuive assensum praehere respondeat, ad matrimonii celebrationem praemittendus: si eo spero, ad nuptias aliquis confugerit, ejus effectus ex animadversis vide per tot. add. novis. hisp. verber. Denuntiationes matrimonii, vers. Nullum tempus pag. 59. colligitur: adeo ut ponatur in hujusmodi transgressores, majores aut minores sic decitur ad Reg. Sched. 31. & 26. Maj. an. 1783. si fuerint, decretarum nequeat excusatio admitti, vid. add. hisp. per tot. verber. Exheredatio.

Regie schedule 17. Jul. an. 1784. super praxis observantia ab Archiepiscopo oppidi patrio sermone de Ager nuncupati, ut facilius pragmatica sanctio 26. Mart. an. 1776. implementum consequeretur, inventa, p. 59. fit mentio: nullus per consequens admirationem excitabit, si posteriori temporis praecipuum inseratur.

Ad regias aures postquam pervenit, omnes hujus regni Praelatos dilectione magna, summaque benevolentia (quis placide se non ostenderet, cum menti regiae mandata subjunguntur?) dictam determinationem recep-

uisse, atque in illorum dioecibus ad actum praxim esse similem vel revocatum vel ejus executionem demandatam, decrevit, omnia optime ut in effectum perducerentur, nec in minimum violatio intercederet; insuper praecipiendo, praevia notitia parentum ceterorumque deficiente, filiasfamilias ex horum habitatione, a iudicibus ecclesiasticis non esse extrahendas, in depositum constitui, nec quid aliud, usquequo in tribunalibus ecclesiasticis assensus exhiberetur, sive iudicis secularis testimonium, male patrem in venia delegationis procedere declarantis, permitti debere; Sic a Reg. Schedul. 1. Feb. an. 1785. determinatum existit.)

14 Deflorator, qui absque promissione matrimonii virginem per vim, vel metum injuste incussum violavit, tenetur illam dotare, aut illam ducere in uxorem. Barbosa in cap. Si seduxerit 1. de adult. & stupr. num. 7. & ibi Ancharanus part. 3. lib. 5. cap. 5. §. Quares, Lugo tom. 1. disp. 12. sect. 1. num. 11. Lessius lib. 2. cap. 10. num. 12. Gutierrez Canon. qq. lib. 1. q. 37. num. 7. & seq. Engel lib. 5. decret. tit. 16. num. 11. Pirhing. ibid. n. 29. 41. & 44. Reiffenstuel lib. 4. decret. tit. 1. num. 87. Navarr. in Manual. cap. 16. num. 17. Molina tract. 3. de justit. disp. 106. Vasquez in opuscul. moral. tract. de restitut. cap. 3. §. 1. dub. 1. num. 2. & 3. & alii communiter arg. cap. Pervenit 2. de adult. & stupr. ubi non absolute, sed sub alternatione deflorator, seu seductor compellitur. In alternativis autem sufficit alterutrum adimplere, textu expresso in cap. In alternativis 70. de Regul. iur. in 6. ibi: In alternativis debitoris est electio, & sufficit alterum adimpleri, & concordat l. Plerumque 10. in fin. ff. de jure dotium. (Vid. pag. 128. verber. Alternativa, vers. Quae discretio: tibi per leg. 24. ibi adductam idem asseritur.) Et sic habet recepta consuetudo, & praxis omnium fere tribunalium ecclesiasticorum, teste Barbosa loc. cit. Gutierrez loc. cit. quest. 37. Consuetudo autem est optima legum interpretis, cap. Cum dilectus 8. de consuetud. Non obstat. cap. Si seduxerit 1. de adult. & stupr. ubi non solum ad alterum, sed ad utrumque deflorator teneri dicitur, ibi: "Si seduxerit quis virginem non dandum desponsam, dormierique cum ea, dotavit veam, & habebit uxorem." Non obstat, inquam, quia verba illa non copulativa, sed disjunctive intelligenda sunt; Illa enim dictio & sumi debet pro Vel, ut desumitur ex recepta tribunalium praxi & consuetudine, quae est optima legum interpretis; l. 37. ff. de legibus, & cit. cap. Dilectus 8. de consuetudine (Concordat lex 6. tit. 2. part. 1. 4. tit. 33. part. 7. Vid. pag. 79. verber. Dispensatio, vers. Quamvis:.) Et sic sepe fit in jure, ut pater l. Saep. ff. de verbor. significat. ibi: "Saep. ita computaturum est, ut conjuncta pro disjunctis accipiantur, & disjuncta pro conjunctis, & leg. Conjunctionem, ff. de od. ibi: Conjunctionem enim nonnumquam pro disjunctioe accipi, Labeo ait?"

Deflorator tenetur dotare puellam a se per vim, metum gravem, & dolum seductam, quamvis sit paratus eam ducere in uxorem, si pater ejus, aut ipsa seducta recuset matrimonium cum ipso defloratore, textu expresso cap. Si seduxerit 1. de adult. & stupr. ibi: Si vero pater virginis dare noluerit (& a fortiori si puella ipsa principaliter ostenta nubere ei recuset) reddat pecuniam juxta modum dotis, quam virginis accipere consueverant. Et sic tenet Barbosa in d. cap. si seduxerit num. 7. ibid. num. 1. Gonzalez ibid. num. 7. Farinac de delict. can. quest. 147. num. 104. Lugo tom. 1. disp. 12. sect. 1. num. 12. Azorius part. 3. lib. 5. cap. 5. diff. 4. Lessius lib. 2. cap. 10. num. 12. Clarus §. stuprum numer. 3. Pirhing. lib. 5. decret. tit. 16. num. 46. Reiffenstuel lib. 4. decret. tit. 1. num. 89. & alii communiter contra Molinam, & paucos alios volentes saltem tunc defloratorem liberari ab onere dotandi, si sit virgini defloratae conveniens, & offerat se ad eam ducendam. Et ratio nostra est, quia si virgo deflorata adstricta esset ad contrahendum matrimonium cum stupratore ad hoc se offerente, vel ad eandem dote sibi debita, non computaretur ei aequaliter damnum injuste illatum; nam puella eius habebat libenter nubendi cui vellet, qua privaretur si tunc deberet contrahere matrimonium cum

eo, qui forte illi non placet, vel careret dote sufficiente ad inendum matrimonium aequale, seu aequè commodum, ac si adhuc virgo esset.

Talis deflorator tenetur dotare puellam sic defloratam, etiam si ipsa jam habeat dotem competentem. Sic communis Doctorem cum Abbate in cap. Pervenit 2. de adult. & stupr. num. 5. Gutier. Can. qq. lib. 1. quest. 37. num. 8. Et ratio est, quia virginitas est secunda, seu altera dos, quam qui injuste abstulit, debet in penam, & odium delicti compensare substituendo dotem in ea quantitate, in qua consideratis circumstantiis considerandis fuisset dos virginis, si deflorata non fuisset; cir. cap. Si seduxerit 2. de adult. & stupr. Et hoc foro fore 18 externo; pro foro autem interno sufficit supra dictam, quam aliam a patre, vel aliunde haberet, addere quantum necessarium est, ut possit nubere viro aequali perinde ac si corrupta non fuisset, quia ad plus non tenetur, spectato jure naturae, & sic redditur aequale damno illato. Covarr. in Epist. l. 1. decret. part. 2. c. 6. §. 8. num. 5. Lessius lib. 2. cap. 10. num. 11. Vasquez in opus. moral. tract. de rest. cap. 3. §. 2. dub. 5. num. 14. Pirhing. loc. cit. num. 44.

Talis deflorator tenetur in foro externo dotare defloratam, etiam si deflorata praeter amissionem virginitalis penitus nullum damnum passa fuisset, utpote aequale matrimonium sortitura, ac si deflorata non fuisset ex cit. cap. Si seduxerit. Deflorator principaliter non in solam compensationem damni, sed in penam delicti tenetur defloratam dotare; delictum autem existit, & penam secum trahit, etsi omne aliud damnum absit. Pro foro autem interno, si deflorata nullum damnum passa est praeter amissionem virginitalis, non tenetur eam dotare ante sententiam Judicis. Gutier. Can. qq. q. 37. num. 25. Lessius de just. & jure lib. 2. cap. 10. num. 15. Pirhing. loc. cit. num. 47. Reiffenstuel loc. cit. n. 76. & 93.

Deflorator, qui vi, metuve injuste incusso, fraude, seu dolo absque promissione matrimonii seducit, vel cognoscit puellam ab alio jam corruptam, quae tamen vulgo, & publice virgo habebatur, tenetur in utroque foro illam saltem dotare arbitrio prudentis viri, si inde infamia sit secuta, ita ut non possit tam commode alteri nubere, sicut antea. Est communis cum Navarr. in manual. cap. 16. num. 19. Azorio part. 3. l. 5. cap. 5. diff. 11. Pirhing. loc. cit. num. 48. Reiffenstuel loc. cit. num. 83. Et ratio est, quia ipsa communiter habebatur pro virgine, & honesta puella, adeoque deflorator eam seducens vi, fraude, seu dolo incurrit consilium obligationem, ac si deflorasset vere virginem, arg. cap. Si seduxerit 1. de adult. & stupr. Secus autem est de eo, qui vi, metuve injuste incusso, fraude seu dolo carnaliter cognoscit, puellam jam corruptam, & ut talem jam publice habitam; Sic Communis Doctorem arg. cit. cap. Si seduxerit, ubi tantum constringitur conducere, vel dotare, qui seducit Virginem; adeoque a sensu contrario, qui seducit non virginem, nec ut talem habitam, non tenetur dotare, quod arguitur a sensu contrario, arg. leg. 1. §. Hujus rei, de offic. ejus, cui mandata est jurisdic. & l. Qui testamento, §. Mulier. ubi Glossa, ff. de testament. Tum quia seductor non causavit aliquod damnum puellae jam prius notarie corruptae, cum ipsa jam prius ut talis communiter cognita, non fuisset consecutur magis commodum matrimonium, quamvis non fuisset ulterius ab ipso seducta.

Clericus in sacris constitutus, seu maritatus, qui fingens se laicum solum sub ficta promissione matrimonii obtinet a femina copulam, tenetur ipsam dotare in tantum, in quantum requiritur, & sufficit ad reparandum damnum, quod inde passa est decepta; Omnis enim injuste damnificans tenetur ad restitutionem, arg. l. unic. C. de rem. qua pro eo, & cap. ultim. de injur. & damn. dat. & c. Si res aliena caus. 14. q. 6. Sic Sanchez lib. 1. disp. 10. num. 15. Ledesma de matrim. q. 45. num. 4. dub. 1. de confirmat. tertii, Reiffenstuel loc. cit. num. 152. & alii passim. (Vid. verber. Damnificatio, per tot.) Si vero puella damnum exinde nullum patitur, ad nihil tenetur talis Clericus, seu maritatus in foro interno ante sententiam Judicis, quia tunc nec vi legis,

FRANC. BENOJOTUM. TOM. III.

Q
nec

nec ratione damni illati in foro intento consurgit aliqua obligatio. Non vi legis, quia cum dispositio cap. Si seduxerit 1. de adul. & stupr. sit penalit, in odium seductionis lata, externamque poenae executionem requirat, ante sententiam Judicis non obligat, arg. cap. Cum secundum de heretic. in 6. Nec vi damni illati, quia uti supponitur, talis puella nullum exinde patitur damnum. Si tamen deflorator sive sit Clericus, sive uxoratus, sive solutus, crimen alias occultum postmodum propelet, indeque damnum puellae defloratae causet, teneatur illud ad aequalitatem etiam in foro interno, & ante omnem Judicis sententiam resarcire. Sic communis cum

25 Molina tract. 3. disp. 10. num. 13. in fin. Lugo tom. 1. disp. 2. section. 1. num. 5. Pirhing. loc. citato num. 48. Et ratio est clara, quia tam jure naturali, quam positivo quilibet in foro conscientiae ante omnem sententiam resarcire tenetur damnum injuste illatum, arg. leg. unio. C. de rent. que pro eo, & cap. ult. de injur. & damn. dat. & c. si res aliena quaest. 6. Quinimmo etiamsi virgo libere consenserit in stuprum sine vi, vel injusto metu, fraude, aut dolo; si tamen stuprator, seu deflorator postea crimen occultum propalaverit, eamque infamaverit, tenetur ad reparandum ejus honorem, & damnum infamiae injuste ei illatum resarciendum: Reiffenstuel loc. cit. num. 78. Molina loc. cit. num. 13. in fin. Lugo loc. cit. num. 6. Pirhing. loc. cit. num. 48. & alii passim.

27 Quantitas dotis danda a defloratore puellae per vim, dolum, fraudem, aut metum injuste incussum defloratae, taxanda est in foro externo juxta quantitatem dotis, quam ipsa puella, si deflorata non fuisset, poruisset habere a parentibus, vel aliunde secundum qualitatem suam, & mariti, quem non violata potuisset acquirere; arg. cap. Si seduxerit 1. de adul. & stupr. ubi pro foro externo in odium, & poenam delicti sic expresse statuitur:

12 tit. Si vero pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere consueverunt; & l. Si filiae 45. ff. de Legatis, leg. si Curatoris 9. C. de administ. tutor. & l. Cum potest. 69. §. Gerner. ff. de jure dotium, ibi: Dotis etiam quantitas pro modo facultatum patris, & dignitate mariti constituitur debet, Et ita Glossa in d. cap. Si seduxerit, verb. Juxta modum, & ibi Gonzalez num. 6. circa finem, Racinae. de delict. carn. q. 147. num. 24. & seq. Carpa. prax. crim. q. 2. q. 8. num. 13. Berlich. part. 5. conclus. pract. 38. n. 20. Didac. Perez in principio tit. 15. lib. 8. ordin. Castil. de aliment. cap. 26. num. 7. Reiffenstuel loco citato num. 9.

28 Ordinarie loquendo plus restitui debet a defloratore puellae nobili, vel specialibus donis naturae ornatae, quam ignobili, aut deformi. Tales enim puellae quamvis dote careant, vel modicam habeant, intuitu qualitatum nobilitatis, pulchritudinis, aut aliteris consimilibus, ordinarie aequae honestae, & commoda sunt matrimonia acquisiturae ac aliae majorem habentes dotem, carentes tamen similibus qualitibus; adeoque cum per injusiam deflorationem privetur omni spe acquirendi sic honestae, & commoda matrimonia, possunt de jure etiam in foro externo exigere a defloratore compensationem illius gravis damni sibi injuste illati, cum omnis injuste damnificans ad aequalem satisfactionem etiam in foro externo teneatur, & ad eam praestandam possit, & debeat a Judice condemnari, arg. l. unio. de rent. que pro eo, & cap. ult. de injur. & damn. dat. & c. si res aliena caus. 14. q. 6.

29 Ceteris patibus deflorator dives non tenetur plus dare defloratae, quam deflorator pauper. Non enim ob divitias debet aliquis esse deterioris conditionis, aut ob illas ad plus, quam lex praecipit, obligari, cit. autem cap. Si seduxerit 1. de adul. & stupr. plus non praecipit, quam ut injustus deflorator tantam det dotem, quantum (consideratis considerandis) virgines accipere consueverunt. Dos autem, quam virgines accipere consueverunt, regulatur, & mensuratur secundum legem. Cum potest 69. §. Gerner. ff. de jure dotium; ubi sic expresse habetur: dotis etiam quantitas pro modo facultatum patris, & dignitate mariti constituitur debet; adeoque deflorator dives non tenetur plus dare puellae defloratae

quam pauper; Reiffenstuel loc. cit. num. 96. & alii passim: Deflorator pauper non tenetur semper dare tantam dotem, quantum alia puella posset habere secundum suam qualitatem, & opulentiam suorum parentum; sed tantam solummodo, quantum salvo adhuc statu, seu conditione sua dare potest; Deflorator enim pauperi impossibile est tantam dare dotem, quantum alia ad dotandam puellam divitem, & nobiliem a se injuste defloratam requiretur; Ad impossibile autem nemo tenetur, loc. Impossibile 185. ff. de reg. Juris ibi: Impossibile nulla obligatio est. & cap. Nemo. 6. de regul. Juris in 6. ibi: Nemo potest ad impossibile obligari; adeoque &c. (Vid. sup. verb. Denuntiatio: quoad delicta, pag. 54. in fin. num. 54.) Nec etiam deflorator pauper tenetur tantam dare dotem, ex quo totaliter deberet cadere a statu, & conditione sua; juxta enim universalia principia restitutionis, nemo tenetur restituere cum totali ruina sui status, in quo existit, nisi forsitan injuste laesus, aut damnum passus esset in aequali periculo, ut communiter sentiunt Doctores. Deflorator tamen pauper, qui quantum tenetur, non habet, debet tantum restituere, quantum interim salvo statu, & conditione sua potest, cum obligatione supplendi reliquum, si ad pinguorem fortunam venerit; quia praesens impotentia, paupertas, aut defectus mediorum non extinguit omnino, sed tantum suspendit obligationem restituendi aequale, ita ut veniens ad pinguorem fortunam omnino teneatur, & in utroque foro adhuc urgeat obligatio. Molina de just. & jur. tract. 3. disp. 105. num. 16. & communis aliorum.

In foro interno dos puellae per vim, fraudem, seu dolum defloratae restituenda non regulatur, & mensuratur juxta modum dotis, quam virgines accipere consueverunt, ut pro foro externo statuitur in cit. cap. Si seduxerit 1. de adul. & stupr. sed mensuranda est praecise juxta damnum, quod injuste deflorata inde patitur; quia in foro interno de jure humano, naturali, ac divino ante omnem Judicis sententiam requiritur, & sufficit, ut quis tantum restituat, ut resarciat, quantum injuste damnificavit, ut habet communis doctorum sententia; arg. leg. unio. Cod. de sententia, que pro eo, & cap. ult. de injur. & damn. dat. Tenetur igitur iniquus deflorator tantam in foro conscientiae dare dotem puellae inique defloratae, quanta requiritur, & sufficit pro reparando damno, quod ex tali injusta defloratione puella patitur, praecipue ut aequae honestum, & commo- dum matrimonium acquirere possit, quale potuisset secundum prudentis viri iudicium acquirere, si non fuisset violata, sive deinde haec quantitas major sit, sive minor dote, quam talis puella non violata habuisset; Sic Abbas in cit. cap. Si seduxerit, & ibi Ancharanus, & communis aliorum: In foro interno seu conscientiae tenetur iniquus deflorator dotem restituere juxta quantitatem damni, etiam in casu quo Juxdix non bene informatus in foro externo ad minorem dotem per sententiam ipsum obligaverit, quia Judicis sententia, quae solummodo secundum allegata, & probata fieri potest & debet, non relevat in foro conscientiae illum, qui scit, quod revera plus damnificaverit, ut tenet communis Doctorum sententia, arg. leg. unio. Cod. de sentent. que pro eo, & cap. ult. de injur. & damn. dat. Etiam in foro interno, seu conscientiae ordinatè plus dotis ab iniquo defloratore restitui debet puellae nobili, aut specialibus naturae dotibus ornatae, quam ignobili aut deformi, quia ordinarie honestus, & commodius matrimonium acquiri puella nobili, aut specialiter pulchra, quam ignobilis, & deformis; & consequenter cum illa patiatur per iniquam deflorationem majus damnum, quam ista, plus dotis etiam in foro interno antea sententiam Judicis debetur illi, quam isti, ut habet communis sententia, arg. cit. leg. unio. Cod. de sentent. que pro eo, & cit. cap. ult. de injur. & damn. dat.

Deflorator non tenetur dotare, nec ducere puellam, 35 quae libere, sine vi, fraude, vel metu injuste incusso consensit in stuprum, seu sponte ad offerendo, quia ex regul. 27. Juris in 6. Scienti, & consentienti non fit injuria, neque dolus; Lessius lib. 2. cap. 10. n. 9. Pirhing.

loc. cit. num. 49. Reiffenstuel loc. cit. num. 70. Molina tract. 3. disput. 106. num. 10. Barbosa in cap. Si seduxerit 1. de adul. & stupr. num. 2. Immo neque hoc casu in foro externo cogi potest talis deflorator ad ipsam dotandam, seu ducendam, neque ad subeundas alias poenas decretas in cit. cap. Si seduxerit 1. de adul. & stupr. Pervenit 2. de adul. & stupr. quia poena illa, ut patet ex textu verbis, solum imponitur ei, qui virginem seduxit, vel decepit; quod non potest dici de illa, quae se sponte obtulit, vel consensit, ut patet ex cit. Regul. 27. Juris in 6., ibi: Scienti, & consentienti non fit injuria, neque dolus; Molina loc. cit. num. 10. Pirhing loc. cit. n. 49. & alii. (Leg. 14. tit. 4. l. 18. & 21. tit. 11. part. 5. Reg. 25. tit. 34. part. 7.) Deflorator neque tenetur in foro interno dotare, seu ducere puellam, etiamsi illam suasionibus, seu blanditiis, vel precibus etiam importunis, aut assiduis, vel muneribus induxerit ad consensum in stuprum, dummodo sine ulla vi, fraude, vel minis id fecerit; Molina cit. disput. 106. num. 11. Less. cit. cap. 3. §. 2. dub. 1. num. 4. Lugo tom. 1. disp. 12. sect. 1. Vasquez cap. 3. §. 2. dub. 1. num. 4. & 5. Pirhing loc. cit. num. 50. Reiffenstuel loc. cit. num. 105. & alii passim. Et ratio est, quia cit. cap. Si seduxerit 1. de adul. & stupr. quod quilibet seducendum, & consequenter importunis precibus, blanditiis, vel muneribus instantem, & allicientem obligat ad dotandam, vel ducendam puellam defloratam, non obligat ante Judicis sententiam, quia cum sit lex penalit in odium seductionis lata, externamque poenae executionem requirat, ante sententiam Judicis in foro interno non obligat, arg. c. Cum secundum, de heret. in 6. In foro tamen externo talis deflorator tenetur dotare, vel ducere puellam importunis precibus, blanditiis, & muneribus defloratam; Gonzalez in d. d. cap. Si seduxerit 1. de adul. & stupr. Navarr. in Manual. cap. 16. num. 17. Reiffenstuel loc. cit. num. 72. Gutierrez lib. 1. canon. qq. 37. num. 14. citans communem, & Vasquez de restitut. cap. 3. §. 2. dub. 1. num. 6., & Pirhing. loc. cit. num. 50. dicitur, hanc sententiam utpote miseris puellis favorabilem esse consulendam, & colligitur clare ex cit. cap. Si seduxerit 1. de adul. & stupr. ubi ad dotandam, vel ducendam virginem obligatur omnis ille, qui seduxerit virginem, & dormierit cum ea: atqui importunis precibus, blanditiis, & muneribus inducens puellam ad consentiendum copulae, vere eam seducere censetur; leg. 1. Cod. de raptu virg. ibi: Nisi sollicitaverit; ergo, &c.

✦ Addenda hic censuimus, quae contra defloratores, sive stupratores & stupratas puellas pro Urbe Roma sancti-vit Clementi XII. per edictum Cardinalis ipsius in Urbe Vicarii publicatione die 13. Septembris anno 1736. in quo poenae decernuntur, quibus in defloratores, defloratas virginem, ejusque parentes, si aliquo modo in causa fuerint stupri secuti, lenner, alioque, quorum ope usus fuerit stuprator, animadvertendum sit.

39 A primo quidem statuitur, ut in suo vigore manentibus poenis, quas in similes delinquentes sacri decreverunt canones, stuprator poenae quoque corporis afflictivae subiciatur, quae extendi quoque possit etiam ad triremes, si deflorator laicus fuerit, si fuerit Clericus, aut relegationem Judicis arbitrio, si fuerit Clericus, juxta diversas casuum circumstantias, gradus, & conditionis, praesertim juxta diversam

frandem, & seductionem adhibitam.

Stuprata autem puella poenae quoque corporis afflictivae subiciatur, quae extendi etiam possit Judicis arbitrio ad carcerem usque, pro diversis circumstantiis casuum, gradus, & conditionis, & praesertim juxta majorem minoremque fraudem & seductionem, quam passa sit, vel adhibuerit deflorata puella.

Decernitur praeterea, ut dum stuprum secutum sit ex spe, & promissione futuri matrimonii, deflorata puella actionem habere non possit in defloratorem, ut promissum adimpleat, nisi coram Judice legitime, & omnino concludentur probaverit obligationem defloratoris ex illa promissione contracta; firma tamen remanente quacumque alia actione, quam puella in defloratorem habere possit. Declarat vero, legitimam, & arctè concludentem probationem satis non esse ad cogendum defloratorem ad matrimonium incedendum, quod promiserat, quoties inter contrahentes tanta sit conditionis disparitas, ut ex tali matrimonio magnum secutura esset scandalum, & familiae ignominia. Etiam in casu deflorator nequam absolutus declaratur ab obligatione, quam habet compensandi damna &c.

Quantum ad puellae parentes, consanguineos, aliosque, quibus vel naturae jure, vel positiva aliqua lege ejusdem puellae cura, & educatio concedita sit, & ad quos pertineat de stupro secuto causam ad Judicem deferre, & accusare, dum rei probentur aut lenocinii, aut conniventiae, statuitur, ut actionem omnino amittant petendi dotem nomine defloratae (in facta tamen remanente jure, quod huic competit) & aliam quacumque actionem, quae eorum favore intentari posset pro damnis, & interesse; atque decernitur, in hujusmodi casibus quidquid damnum, & interesse deberetur delinquentibus, quod Judicis arbitrio taxandum est, juxta diversas circumstantias a Fisco exigendum esse, & ab eodem pro arbitrio in pios usus erogandum.

Quoniam vero antedictae compensationis amissio culpa proportionata non esset, nisi condigna poenitio ulterius accederet; propterea poena afflictiva corporis contra eosdem stabilita est, pro gravitate delicti ita in- violabiliter observanda praescribitur.

Patres, matres, fratres, alique, ad quos spectat cura, & custodia puellarum, dum rei aperti lenocinii probentur, poenae subiciuntur carceris decem annorum, juxta diversitatem sexus. Si vero non aperti lenocinii, sed solius conniventiae rei fuerint, triribus aut respectiva carceri subiciuntur septem annorum pro Judicis arbitrio, qui pro diversitate casuum, & personarum poenam decernit simplici negligentiae debitam.

Servi vero ancillae, familiares, alique stipendio conducti homines, quorum ope, auxilio, aut consilio stuprum secutum sit, vel triribus pro septem annis, vel carceri, ut supra, subiciantur; atque omnes generaliter, licet domestici non fuerint, si lenocinii rei convincantur, quinque annis carceris, vel triribus poena puniuntur arbitrio tamen Judicis committitur poenam ad majus quoque tempus extendere; juxta diversas circumstantias casuum &c.

In omnibus autem supradictis casibus conniventiae, vel lenocinii rei, antequam ad tririmes mittantur, vel carceribus detrudantur, per urbem circumduci debent cum Mitra, & infamiae chartam ferentes, in qua sit eorum conscriptum delictum, ut fieri in iis solet, qui suspensione puniuntur. ✦

☞ Sine poena non permanet virginem dolose corrupens, aut honeste viduae, religiosae accedens; quare talia facinora perpetrans, honorabilis, seu fuerit condecorata persona, mediocritatem honorum Regiae Camerae applicandorum amittit; vilis vero palam flagellatur, & per lustrum debet in insulam condemnari; servus, vel serviens comburitur, (1) dummodo alia qualitas non intercedat; nam si quis similia perpetrat, sic servitor, aut

(1) L. 2. tit. 19. part. 7. Ibi: Pueden acusar a los que hacen pecado de luxuria con muger de orden, o con viuda que vive honestamente, o con muger virgen: e si les fuere probado, deben haber pena en esta manera. Que si aquel que lo ficieren fuere ome honrado, debe ser de la mitad de todos sus bienes, e

deben ser de la Cámara del Rey. E si fuere ome vil, debe ser azotado publicamente, e desterrado en alguna isla por cinco años; pero si fuere siervo, o sirviente de casa aquel que sosacáre, o corrompiere alguna de las mugeres sobredichas, debe ser quemado por ende:...

- 51 Quæstio hic est non incongrua, an pater teneatur dotem dare filie nuptiæ sine ejus consensu, si vir scripserit Tertio mediatori, quod duceret uxorem sine dote, modo pater acquiserit. At vide omnino Rot. in Romana dotis 19. Aprilis 1728. cor. clar. mem. Corio.
- 52 Nec importune disputari hic potest, an pater iterum teneatur dotare filiam, si ejus culpa dos constituta, & soluta primo marito, perit? Et quid si interim paternum patrimonium fuerit diminutum? Sed & consulendum de hac quæstione idem supremum Tribunal Rot. in Romana dotis 21. Junii 1726. coram clar. mem. Calcagnin.
- 53 Nota, quod in illis locis, in quibus virum inter & uxorem viget communio bonorum, mater non in subsidium, ut ait Actor, sed æque principaliter, ac pater, dotem constituere tenetur filie; Gron Oweg. de leg. abrog. ad leg. 14. Cod. de jure dot. Strijkus in usu mod. Pandect. lib. 23. tit. 3. §. 6. Et
(Ut vero aliquis major notitia dispositionum obtineatur, recognoscantur tituli 8. §. 10. lib. 4. For. Reg. 18. 19. 20. & 22. p. 7. in quibus hæc materia, etiamsi ponatur in præsens additione hispan. recenseantur, plane distinguitur, utpote de crimine incestus, virginum Deo dedicatarum, ceterarum, ac honestarum viduarum stupris, sine vi, blanda tamen oratione commissis, de raptu, lenonibusque tractari; Vide verb. Forum in add. hispan. de concubinariis: usque ad vers. Ultraquamquod: exlusive, D. Antonium Gomezium in commentario ad leg. 80. 81. & 82. Tauri, qui optime omnia carnis delicta exponit, & fere in totum præcedenti doctrinæ convenit, reliqua suis locis notabuntur.)

famulus, cum virgine in domo domini habitante, vel ejus consanguinea, capite plectetur; fustibus casus erit dum eum familiarem habuerit, & nobilis ille non sit; (1) hodie nobilis per vias publicas traduci debet, & annale exilium ex regno, quadriennale a loco ubi commissum sit, pati; ignobilis præter fugationem, per biennium in exilium mitti; sed dum verificatur excessus domini cum consanguinea, affine, virgine domi educata, nutritrice heri filiam lætante, attentis criminis circumstantiis proceditur, multumque prævaleret arbitrium Judicis, à quibus poenis novissimis non liberantur improbitate hujus cupiditatis famuli mediatores, qui, ut exteri è domo delinquant, incurrunt; (2) dummodò nullus ex delinquentibus honeste viduæ, virginis, nuptæ, aut religiose raptum commiserit, seu coitum violentum; quia tunc æqualis est animadversio: utroque in casu penam mortis, probato delicto, non effugiant. (3) Prævenire hic erit necessarium regium decretum, (4) ad supremum Castellæ Senatuum 20. Januar. ann. 1724. remitti jussum, ut determinationes de famulis, & servitoribus loquentes diligenter adimplerentur, nec in minimum à poenis constitutis Judices discederent: propterea quod in harum observantiam expediti Schedulam (præ manibus non habetur) Circularem fuit præceptum.

(1) L. 6. tit. 20. lib. 8. Porque acæse á las veces que los que viven con otros se atreven á hacer maldad, y fornicio con las barraganas, ó con las parientas, ó con las sirvientas de casa, y de esto suele venir muerte de los señores, y otros males, y daños: por ende esta blecemos, y mandamos que qualquier que hiciere fornicio con la barragana conocida del señor, ó con doncella que tenga en su casa, cobigera de la señora de aquellos, que la han, ó con la parienta: con quien viviere, morando la parienta en casa del señor: que lo maten por ello: y al que hiciere tal maldad con la sirvienta de casa, que no sea de las susodichas, que le den á cada uno dellos cien azotes: L. 7. ejusd. Grave crimen es el incesto, el qual se comete con parienta hasta el quarto grado, ó con muger religiosa profesã: qualquiera que le cometiêre allende de las otras penas en derecho establecidas, pierda la mitad de los bienes para nuestra Cámara.

(2) L. 4. tit. 20. lib. 6. Mandamos que el criado, ó persona que sirviere en qualquier servicio, ó ministerio que sea, que se envolvere, y tuviere acceso carnal con alguna muger, ó criada de la casa de su señor, y amo, no siendo hombre hidalgo, le sean dados cien azotes publicamente, y sea desterrado por dos años: pero siendo hombre hidalgo, le saquen á la verguenza, y sea desterrado por un año del reyno, y quatro años del lugar, ó do esto acæsiere: pero que si lo susodicho acæsiere con parienta del señor, ó amo, ó doncella que cria en su casa, ó ama que le cria su hijo, que en esto se

proceda, ó haga justicia con mas rigor, segun la callidad del caso lo requiere, que en la misma pena cayan, é incurran los criados, ó criadas, que se probare, ó constare haber sido terceros, ó medianeros, para que otros de fuera de casa cometan, y hagan el dicho delito.

(3) L. 3. tit. 20. p. 7. Robando algund óme alguna muger viuda de buena fama, ó virgen, ó casada, ó religiosa, ó yaciendo con alguna dellas por fuerza, si le fuere probado en juicio, debe morir por ende, é demas deben ser todos los bienes de la muger que asi obiesse cido robada, ó forzada. Fuera de si despues deso ella de su grado cassase con el que la robó, ó forzó, non abiendo otro marido: Vid. verb. Forum, ibique per extensum prædictam leg. 3.

(4) Siendo bastante frequentes los recursos que se hacen al Rey por los padres de familia contra sus criados, porque seducen á sus hijas con el fin de contraer matrimonio con ellas, se ha servido su Magestad de mandar que las leyes que tratan de impo ter pena á los domesticos que abusan de la confianza de las casas para seducir á las hijas, parientas, y criadas, se renueven por Cedula Circular para contener el desorden interno de las familias que se experimenta con gravissimo perjuicio de la conciencia y quietud de sus individuos, por mirarse los de ambos sexos de ellos con afecto matrimonial. Lo que participo á V. S. I. de orden de su Magestad, para que haciendolo presente en el Consejo, disponga este su cumplimiento.

ARTICULUS III.

Dos quoad ejus reversionem, seu restitutionem soluto matrimonio, & facultatem eam rependi constantem matrimonio.

SUMMARIUM.

- 1 Solutio matrimonio per mortem naturalem mariti dos adventitia est integra restituenda uxori.
- 2 Dos profectitia tamen reddit una cum dotata ad dotantem, si dotata adhuc est in potestate dotantis.
- 3 Si autem uxori jam est emancipata, dos est restituenda uxori.
- 4 Solutio matrimonio per mortem naturalem uxoris nulla ex illa extantibus liberis, dos profectitia de jure communi revertitur ad patrem, si filia nondum fuerit emancipata.
- 5 Si vero filia fuerit emancipata, tunc præmorta ipsa filia, dos non revertitur ad patrem dotantem, sed transit ad heredes ejusdem filie ab intestato.
- 6 Dos adventitia mortua uxore de jure communi non transit ad maritum, sed ad ipsius uxoris heredes ab intestato.
- 7 Sic etiam dos à stupratore constituta puella stuprata, pereunte ipsa stuprata, non revertitur ad stupratorem, sed ad heredes ipsius stuprate.
- 8 Eadem ratione dos constituta per raptorem filia raptæ, mortua ipsa raptæ non revertitur ad raptorem, sed ad heredes ipsius raptæ; quid si à viro tene constituitur:

tari, quid matrimonio soluto per impedimentum dirimens: si sit solum quoad torum: quomodo procedendum in bonis constante matrimonio acquisitis, ad n. 18. 19. Quæ privilegia in dotis favorem reperiantur, ad n. 25. 26. Novæ additiones ex aliena manu.

27 Supplementa novissima ex aliena manu, ad num. 29.

1 Solutio matrimonio per mortem naturalem mariti, dos adventitia est integre restituenda uxori, textu expresso in leg. ultim. Cod. soluto matrimonio; & leg. unic. §. Accedit, Cod. de rei uxori. actio. juncto cap. Donatio 8. de donationibus inter vir. & uxori. Est communis. Dos profectitia tamen reddit una cum dotata ad dotantem, si dotata est in potestate dotantis, cit. leg. unic. Cod. de rei uxori. actio. Ipse tamen dotans teneatur eandem dotem prius dotatæ iterum dare, si alteri nubat; Authent. Sed quamvis cit. leg. unic. de rei uxori. actio. Si autem uxori jam est emancipata, vel si adsit statum, aut consuetudo, ut proles, statim ac nubant, hoc ipso emancipatæ habeantur, dos est restituenda uxori; cit. leg. ult. Cod. de soluto matrimonio, & leg. unic. Cod. de rei uxori. actio. Et ratio est, quia quando filia est emancipata à patre, pater ipse in ordine ad eandem habetur pro extraneo, cum illam non habeat in sua potestate, per textum in dict. leg. unic. §. Extraneam, Cod. de rei uxori. actio. statim enim ac filia est emancipata, intelligitur absolute, & specialiter effecta domina illius dotis per text. in leg. unic. §. Videamus, Cod. de rei uxori. actio. adeo ut facta vidua possit de illa disponere per ultimam voluntatem, etiam absque consensu; Joann. Angel. Bossius de dot. cap. 3. num. 170. Gabriel. consil. 16. num. 35. & seq. lib. 1. & alii passim.

4 Solutio matrimonio per mortem naturalem uxoris, nullis ex illa extantibus liberis, dos profectitia de jure communi revertitur ad patrem, si filia nondum fuerit emancipata, textu expresso in leg. Succursum, ff. de jur. dot. ibi: Jure succursum est patri, ut filia amissa soluti loco redderetur ei dos ab ipso profectita, ne & filia amissa, & pecunie damnus sentiret, & leg. Dos à patre, Cod. soluto matrimonio, ibi: Dos à patre profectita, si in matrimonio decesserit mulier filiafamilias ad patrem reddere debet. Dicitur autem notanter de jure communi, quia de jure municipali diversimode res se habet in diversis provinciis, & locis; (1) Alicubi enim cautum est, ut si uxori per annum vixerit cum marito, & postea moriatur maritus, acquirat ex integro dotem; alicubi ut acquirat solummodo medietatem, & alia medietas reddeat ad dotantem parentem; alicubi, ut maritus non existentibus communibus liberis præmorta uxore jam ad maritum traducta, vel matrimonium per copulam carnalem consummato, lucratur dotem datam, & promissam, ut fert statum Mediolanense in cap. 298. vol. 1. & aliter alibi. Unde circa hoc attendi debet ejusque loci jus municipale, & consuetudo, quæ est optima legum interpretis; leg. 57. ff. de legibus, & c. Cum dilectus 8. de consuetudin. (Vid. verb. Dispensatio, pag. 79. vers. Quamvis.)

5 Si vero filia fuerit emancipata, nunc præmorta filia ip-

sa, dos non revertitur ad patrem dotantem, sed transit ad heredes ejusdem filie ab intestato, textu expresso in dict. leg. unica, §. Videamus, Cod. de rei uxori. actio. ibi: Si patens dote pro filia, vel nepti præstita emancipaverit eam, vel ipsa decesserit, rei uxorie actione dotem omnino ad mulierem pertinere, etiamsi fuerit exheredatata. Camillus Borellus in summa decret. tom. 3. tit. 4. num. 198. Vicentius in leg. Post dotem, num. 31. ff. soluto matrimonio. Angelius Bossius, tract. de dote, cap. 3. num. 168. & alii passim.

6 Dos adventitia mortua uxore de jure communi non transit ad maritum; arg. cap. Mulieres de donat. inter virum, & uxorem; Dos enim adventitia pleno jure pertinet ad ipsam uxorem, adeoque ipsa mortua transit ad ejus heredes ab intestato; leg. Avus 49. ff. de jure dot. Boschejus de legit. nuptiis, l. 4. num. 11. vers. Unde apparet, Baldus Novellus de dote, part. 8. præfati. 16. numer. 11. Rosignol. de dote, tom. 2. contr. 16. prænot. 2. num. 5. & alii. Et ratio est, quia sistendo in jure communi maritus eatenus gaudet dote, ejusque fructibus, quatenus perseverat matrimonium, ejusque onera sustinet; (L. 26. tit. 1. p. 4.) quo matrimonio, ejusque oneribus cessantibus dos adventitia ad eos transit, quibus de jure competit, leg. unic. §. Procul dubio, ff. de rei uxori. actio. Fachinus controvers. 35. §. 2. lib. 6. Rosignol. loc. cit. Reiffenst. lib. 4. decret. tit. 20. num. 76 & alii. Sic etiam dos à stupratore constituta filie stupratæ perennit ipsa stuprata non revertitur ad stupratorem, sed transit ad heredes ejusdem stupratæ. Et ratio est, quia illa dos in penam consummati delicti facta est pleno jure ejusdem feminæ stupratæ; arg. cap. Si seduxerit 1. de adult. & stupr. Panormitanus in dict. cap. 1. de adult. Farinacius de delict. carn. 1. quest. 147. §. Dos num. 112. Joann. Baptist. Lupus tract. de illegit. & natur. lib. comment. 1. §. 1. num. 125. vers. Et ista dos, Molina de just. & jur. tract. 3. disp. 104. vers. Juxta. Eadem ratione dos constituta per raptorem filie raptæ, mortua ipsa raptæ non revertitur ad raptorem, sed pleno jure transit ad heredes ejusdem raptæ. Thesaurus dec. 217. num. 6. in fin. Cancercius in tertio parte variat. resol. cap. 11. de sponsal. & matrimon. num. 24. Sanchez de matrimon. l. 7. de imped. disp. 13. num. 1. Bazarus in addit. ad Julium Clarum in §. Raptus num. 35. Rosignol. loc. cit. num. 7. & alii. Item dos constituta à viro senex, & ignobili uxori juveni, & nobili in compensationem juventutis, & nobilitatis, non revertitur ad ipsum dotantem, sed transit ad heredes feminæ. Ripa in cons. Fecmina, num. 34. Cod. de secundis nuptiis. Burdus cons. 471. num. 29. l. 4. Stephanus Gratianus dist. fer. cap. 684. num. 9. Lupus in rub. de donat. inter vir. & uxori. §. 5. num. 35. in fine, & alii. (1)

7 Solutio matrimonio quoad vinculum viventibus adhuc contrahentibus, & g. per impedimentum dirimens, cum quo ignorantes contraxerunt, dos integra restituenda est uxori putativa; arg. cap. Mulieres 1. de donat. inter vir. & uxori. ibi Glossa, verb. Licita, & communis Doctorum. Dicitur autem notanter ignoranter, quia contrahentes scienter cum impedimento dirimente, amittunt quid

(1) Etsi pater, respectu filie emancipatæ, pro extraneo considerari videatur, & in viduitate ea sine liberis persistente, possit per ultimam voluntatem de bonis dotalibus absque consensu patris disponere; salva semper erunt horum, & ceterorum que habuerit omnia præter tertium: utpote, quod hujus sit, aut aliorum ascendentium legitima, inconcessa tenetur. (1)

(2) Cum filia uxorata, simulque velata, in hispania pro emancipata habeatur, non est cur sit dotationi locus, ad quem pertinet ipsa dos soluto matrimonio per ejus mortem, præcipue quando est proximè præventum, absolute illius dominam considerari, & facultatem liberè disponendi habere legitimis deficientibus; quibus, & adnotatis immediatè retentis, facilis responso advertitur ad seg. num. relata: siquidem, quamvis emancipata sit, successio bonorum dotalium erit privata, ut est commune factum, liberis deficientibus, ascendentium, non vero ceterorum ab intestato succedentium, nisi in horum defectu. (2)

(3) Non absolute huc propositioni est annuendum: quia, si contrahitur matrimonium juxta Bayllii forum, medietas ad maritum pertinet: nulla vero pars si secundum Leonense contrahatur; sub qua quidem intelligentia explicanda erant num. 15. comprehensa, eo quod contrahentes juxta illud nullam considerationem habere debent à qua parte acquisita proveniant, cum sit stabilitum omnia communicari. (3)

(1) Vid. verb. Hæres, per tot. verb. Successio ab intestato, in princip. & verb. Testamentum.
(2) Vid. prox. Vid. verb. Mater in addit. & latus, verb. Testamentum.
(3) Vid. verb. Bona laicalia, vers. Omnia: in add. hispan.

quidquid unus alteri dedit, dotem scilicet, & donationem propter nuptias. Fisco totum acquirente, nisi minor aetas excuset, textu expresso in leg. Qui contra 4. & Authent. Incestus, Cod. de incestis nupt. ibi Glossa, verb. Licita. Si matrimonium ex licita causa separatur, quia v. g. maritus cum uxoris consensu ingreditur Monasterium, aut suscipit Ordines, tota dos est restituenda uxori, textu expresso in cit. cap. Mulieres 1. de donat. inter vir. & uxor. ibi: Mulieres cum pro aliqua licita causa a propriis viris fuerint separate, totam dotem precipimus sibi reddi, & ibi Barb. num. 5. & communis aliorum. Si vero matrimonium separatur quoad totum per ecclesie iudicium ratione alicuius culpae contrahentium, tunc si talis separatio, seu divorcium fiat ex culpa mariti, dos est restituenda uxori, arg. cit. cap. Mulieres; Si autem fiat ex culpa uxoris, v. g. ob eius adulterium, ipsa perdit dotem, eaque accrescit marito, cap. Plerumque 4. de donat. inter vir. & uxor. ibi: Si mulier ob causam fornicationis iudicio ecclesie, aut propria voluntate a viro recesserit, nec reconciliata postea sit eidem, dotem, vel dotalitium repetere non potest, & concordat lex Consensu 8. de repudiis, & Novell. 117. cap. 8. & 9.

24 Dissoluto matrimonio non tantum integra dos, sed etiam dimidia pars omnium illorum bonorum, lucrorum, quae constante matrimonio ambobus conjugibus simul, ac utriusque intuitu convenerunt, v. g. hereditate, legato, donatione, negotiatione, emptione ex utriusque peculii, aut bonis facta debet a marito restitui uxori, seu ejus heredibus textu expresso in cap. Significavit 2. de donat. inter vir. & uxor. ibi: Quae ipsius dum simul viverent, cujuscumque contractus titulo communiter obtulerunt... ad divisionem eorum compellati. Barb. ibid. num. 6. cum communium aliorum. Illa autem bona, & lucra, quae constante matrimonio uni conjugi in specie, & intuitu illius solius obtulerunt, v. g. hereditate, legato, donatione, &c. non debent dividi inter conjuges, sed integra remanent ut propria illi soli conjugi, cui soli legata aut donata sunt.

16 Certa, & communissima. Sic illa lucra, quae solius viri industria, studio, labore, officio, arte, &c. constante matrimonio acquisita sunt, ut lucra, quae faciunt officiales, & ministri principum, advocati, medici, consilarii, iudices, &c. soli viro, ejusque heredibus remanent, nec quidquam de eis debetur uxori, aut ipsius heredibus; Est communis cum Barbos. in cit. cap. Significavit num. 5. & Gonzal. ibid. num. 5. Guttier. l. 2. praed. qq. 118. num. 5. Nullo enim jure nec civili, nec canonico statutum reperitur, quod de hujusmodi bonis quidquam uxori restituatur.

17 Constante matrimonio si maritus culpa sua ad inopiam vergat, ita ut evidenter constet facultates ejus non sufficere ad assicurandam dotem, vel certe esse periculum illius, potest uxor repetere dotem suam, textu expresso leg. Si constante 24. princip. ff. solut. matrim. & leg. Uni adhuc 29. Cod. de jure dot. dummodo tamen non maneat penes uxorem, sed detur cuidam mercatori, aut alicui securae, & licite negotiationi, ut inde honestum lucrum haberi, & onera matrimonii sustentari valeant; arg. cap. Per vestras 7. de donat. inter vir. & uxor. & ibi Barb. num. 7. Engel. l. 4. decr. tit. 20. num. 9. Surdus de aliment. tit. 9. quest. 40. num. 37. & alii passim. Si autem in tali casu dos uxoris fidejussione, aut alia cautione sufficienter assicurari potest, tenetur uxor arbitrate Judge acceptare. Sic contra communem Legistarum communior Theologorum, & Canonistarum, teste Havnoldo trad. 4. cap. 5. controv. 6. num. 399. arg. cit. cap. Per vestras 7. de donat. inter vir. & uxor. ubi Innocentius tertius Summus Pontifex mandat Archiepiscopo, & Archidiacono Genensium tamquam Judicibus, ut in casu praefati periculi dotem marito sub cautione sufficienti relinquant, vel alicui securae, & licite negotiationi, seu

Doctrina praecedenti num. apposita, legibus Hispaniae non consonat: primo quoniam res omnes in maritali societate lucratae, seu ex eis emerit conjuges, pro medietate ad eos spectant; secundo, quia cum omnia, constante matrimonio, ad quemlibet attinerent, nullus, dum inscius hujus juris regni non sit, erit ausus dicere non communicari. (1)

(1) Vid. idem,

mercatori ad honestum lucrum committat, ibi: Mandamus quatenus dotem assignari faciatis eidem sub ea, quam potest cautius praestare, vel saltem alicui mercatori committi, ut de parte honesti lucri dictus vir onera matrimonii possit sustinere.

Si absque sua culpa maritus vergit ad inopiam v. g. ratione inculpabilis naufragii, incendii, & hujusmodi, nequit cogi ad restituendam dotem, ut recte observat Glossa in cit. cap. Per vestras, verb. Ad inopiam, arg. Novell. 67. cap. 6. in princip. ubi tunc tantum reddere dotem cogitur maritus, si res male gubernat, eo vel maxime, quod uxor etiam teneatur de sua dote maritum inopem sustentare, leg. Mutus 37. ad finem, ff. de jure dot. Potest tamen uxor incipienti marito vergere ad inopiam, aut decoctionem, agere hypothecaria contra tertium creditorem etiam constante matrimonio: Nec creditur potest opponere sui offerendi ad impediendam ipsam uxorem. Hoc privilegium colligitur ex Cino in leg. Ubi adhuc in quest. 13. Cod. de jure dot. quod etiam sustinet Baldus Novellus de dot. part. 7. privileg. 47. & alii. Et ratio est, quia illa recuperatio dotis vergente marito ad inopiam, non est in rigore propria, & vera restitutio, ut notat Glossa, & Bart. in leg. Si constanter, ff. solut. matrim. cum servari debeat, & committi alicui mercatori, aut licite, & securae negotiationi, ut ex fructibus ejusdem sustineri possint onera matrimonii, ut constat ex cit. cap. Per vestras; & sic magis interest uxori habere bona sibi hypothecata, quam pecuniam sibi oblatam. (Leg. 29. tit. 11. p. 4.)

In hoc casu si bona, quae uxor detinere interdicitur tantum creditorem, essent excedentia dotem, & divisibilia, posset tantum detinere quantum sufficeret ad dotem, reliquum vero teneretur dimittere. Et ratio est, quia aequum non videtur, ut uxor lucraret cum aliorum iactura, per textum in leg. Jure succursum, §. fin. Cod. de jur. dot. nam licet jura eidem succurrant pro sua dote ad eam conservandam, non tamen ad eam augendam cum aliorum iactura; arg. Regul. juris 48. in 6. ibi: Locupletari non debet aliquis cum aliorum iactura, vel injuria: Si vero bona illa essent indivisibilia, posset illa constante matrimonio detinere, sed excessum fructuum teneretur restituere; & ratio est, quia uxor in hoc casu lucrum non acquirit, cum aliorum iactura, ut clare patet, cum relaxaret fructus excedentes in favorem creditorum, & aliunde ratione hypothecae quam habet in omnibus bonis mariti, sit omnibus aliis creditoribus preferenda, ex leg. In rebus 50. Cod. de jure dot. & leg. Assiduis 12. §. 1. Cod. qui potiores in pign. (Regul. 17. tit. 34. p. 7.)

Potest insuper uxor constante matrimonio suam repetere dotem, si bona mariti fisco inferantur, arg. leg. Si marito, ff. solut. matr. ibi: Si marito publico iudicio damnato, pars aliqua bonorum ejus publicetur, Fisco creditoribus ejus satisfacere necesse habet inter quos uxor quoque est.

Uxor ratione dotis habet tacitam, & privilegiam hypothecam in omnibus bonis mariti, ita ut preferatur omnibus aliis creditoribus: Est communis, & certa, textu expresso leg. In rebus 39. Cod. de jure dot. ibi: In rebus dotalibus, sive mobilibus, sive immobilibus, sive se moventibus (si tamen extent) sive estimatis, sive inestimatis sint, mulierem in his vindicantem, omnem habere post dissolutum matrimonium praerogativam jubemus, & neminem creditorem mariti, qui anteriores sunt, posse sibi potiores causas in his per hypothecam vindicare, & leg. Assiduis 12. §. 1. Cod. qui potiores in pign. ibi: Sancimus ex stipulatu actionem, quam mulieribus jam pro instituta dedimus, cuique etiam tacitam donavimus in re hypothecam, potiora jura contra omnes habere creditoris, licet anteriores sint temporis privilegio vallati, &c. licet res dotalis, vel ex his aliae comparatae non extent, sed quocumque modo, vel disposita vel consumpta sint.

Pro

25 Pro complemento, & uberiori notitia, & regula omnium, quae hactenus dicta sunt de dos, advertendum est, quod pro omnibus pacta dotalia, seu speciales conventiones, & locorum consuetudines, seu specialia statuta attendi debent, arg. tot. ff. de pactis dot. & Cod. de pactis & convent. & cap. Donatio 8. de donat. inter vir. & uxor. ibi: Sane soluto matrimonio, sicut dos ad mulierem, sic & donatio propter nuptias reddit ad virum, nisi de consuetudine secus obtineat, vel ex pacto de lucranda dote, & donatione propter nuptias quod aequale sit, tamen hinc inde contrarium judicatur, & ratio est, quia ut habet L. 75. juris in 6. Contractus ex conventionem legem accipere dignoscuntur; & consuetudo est optima legem interpres, ut habetur leg. 37. ff. de leg. & cap. Cum delictus 8. de consuetudine. (Vid. sup. adnotata num. 4. verb. Arbitr. pag. 210. vers. Quivis: verb. Assecutor, pag. 242. vers. Rationi: per tot. add. hisp. sup. num. 9. cum leg. 24. tit. 11. p. 4. ubi assertur locum contractus esse inspiciendum, non vero quo se conferant matrimonium contrahentes.)

Alia ad rem vid. verb. Uxor, & signatur num. 44.

26 Ubique fere locorum receptum est moribus, patriam potestatem dissolvi per nuptias filiae, quocirca adhaerendum est illis, qui indistincte sentiunt, hodie pro dote profectitia ipsam filiam solum agere posse; Bohemer. in Introd. ad Jus digest. l. 24. tit. 3. n. 7. Stryk. in usu modern. Pand. l. 24. tit. 3. §. 11. Muller. in addit. ad Struv. exerc. 40. thes. 50. lit. E. §. 3.

27 Mulierem pro dote tacitam habere hypothecam, cum praetatione adversus ejusdem mariti creditores anteriori licet hypotheca munitis, cognitissimam juris est ex vulgatis Leg. Assiduis, Cod. qui potiores in pign. &c. At verissima quae ratio est, an hanc ipsam praetationem obtinere debeat contra fiscum, qui anteriorem habeat hypothecam.

28 Ea nonnullis insecit opinio, quod hanc adversus fiscum anteriorem hypothecam habens haud obtinet praetationem. Movetur hi, quod in leg. 2. Cod. de privileg. fieri dispositum sit parem esse causam fisci, ac mulieris, hinc inferendo, quod fisco anteriori hypotheca sic munito nequeat mulier praeferi.

29 At praevulsi contraria sententia, quod scilicet mulier praefatur fisco anteriori licet hypotheca vallato. Ratio, & quidem solidissima contrariae hujus sententiae haec est, quod dicta Lex 2. lata fuit ab Antonino Imperatore, quo tempore nulla mulier obtinebat praetationem; Abrogata propterea Lex hac 2. dici debeat a posteriori lege Assiduis, Imperatoris Justiniani, qua praetatio fuit prima mulieri tributa.

Ita post alios tradunt Zoes in Comment. ad Pand. l. 120. tit. 4. num. 18. Anton. Faber. consuetud. l. 8. cap. 12. Mered. controver. Jur. l. 6. cap. 31. num. 14. Bachov. de pign. l. 4. c. 14. n. 2. Schovartzenthal. de pign. & hypoth. cap. 28. sub num. 29. Costanus de dote, cap. 7. num. 7. & secundum contrarium hanc sententiam decrevit Camera Apostolica die 28. Aprilis 1758. & rursus die 27. Februarii 1760. (2)

DUBITATIO TEMERARIA. Vide verb. Judicium temerarium, a num. 2. ad 26.

DUBIUM. Vide verb. Conscientia, a num. 25. ad 30.

Patriam potestatem dissolvi per nuptias filiae, si velationes interfuerint, a nostris ordinationibus haec doctrina non discrepat. (1)

(2) Quam praefertentiam esse uxori concedendam, ubi bona sua dotalia, aliis creditoribus concurrentibus, (2) vult repetere, extat praeventum; sed non erit minus considerationis, sub quo instrumento creditores, & uxor se in iudicio personent. (3)

(1) Vid. verb. Mater, vers. Advertitur: in add. hisp. (2) Vid. verb. Bona laicalia, vers. Generalitas: (3) Vid. verb. Restitutio, art. 4. per tot. & prox. relata.

DUELLUM.

ARTICULUS I.

SUMMARIUM.

- 1 Duellum quoad ejus esse, divisionem, & prohibitionem
- 4 Quae requirantur ad constituendum duellum proprie dictum, ad num. 6.
- 7 Duelli divisio apud Juristas quotuplex, & quae, ad num. 10.
- 11 Duelli quae species, & quae apud Theologos, ad num. 17.
- 18 Duellum quomodo univocum dividatur, & quare, ad num. 21.
- 22 Substantur additiones ex aliena manu, ad num. 23.

DUELLUM proprie dictum, seu monomachia est pugna inita inter duos, vel plures in pari numero, privata auctoritate, & ex condico, statuto loco, & tempore, cum periculo occisionis, mutilationis, vel vulneris. Est in re communis; Ad majorem autem, & clariorem ejus intelligentiam explicantur singulae principales particulae: Dicitur primo Pugna inita, ut intelligatur debere duellum esse cum effectu, nam duellantes ad solam apparentiam, ex quo antea convenerint se se non vulnerare, sed honoris gratia duellum simulare, non incurrunt poenas spirituales contra duellantes inflictas, ut tradunt Caraffa de duell. trad. 1. sect. 5. quest. 6. cap. 231. Raynald. l. 5. cap. 9. §. 3. & 4. num. 3. Pignatelli. l. 9. consulti. 88. num. 62. Gomezius de Amescua de poest. in scriptum. l. 2. cap. 5. num. 24. & alii. Dicitur secundo privata auctoritate, ad denotandum, quod non sunt prohibita duella illa, quae publica auctoritate inter hostes fiunt, inter quae celebre est illud Davidis cum Goliath in l. 1. Reg. cap. 17. Sic etiam D. Wenceslaus Bohemiae Dux, ut in ejus officio legitur, ad singulare certamen adversus ducem Curimensem eo fine accessit ut suorum saluti prospiceret, ac proinde visi sunt Angeli arma ministrasse, & dixisse adversario: Ne ferias. Dicitur tertio ex condico, quia ad hoc ut verificetur duellum proprie dictum, requiritur praecedens tractatus, & deliberatio; si enim unus ex rivalantibus alium ad dimicandum provocet ex calore iracundiae, & statim pugnent, non erit duellum. Sic censuit Sac. Congr. Conc. in Segob. 15. Octob. 1644. teste Pignatelli. tom. 1. consulti. 317. Dicitur quarto statuto loco, & tempore, quia sine determinatione certi loci, & temporis non est proprie duellum, ut resolvit Sac. Congr. Conc. in Nullius 15. Octob. 1644. l. 17. decret. fol. 360. Et per hoc, quod non fuit determinatum certum tempus, & locus, Sac. Congr. Immunitatis in una Civitate Castellana ponente Card. Valenano die 13. Febr. 1703. non habuit pro duello sequens Viglietrum disidiae Signor Alexandro siete un mentitore, &c. v. inimico perdo battervi meo a corpo a corpo con la spada alla mano, onde dovrete cingerla, accio dove e incontriamo, possa sostenervi, e rascarvi con quella tutto quello che di proprio pugno vi scrivo. Dicitur quinto cum periculo occisionis, mutilationis, vel vulneris, ut excludantur a ratione duelli contentiones, & exercitationes vulgo dictae Scherma, cum istae fiant sine periculo mutilationis, vel mortis.

Patriam potestatem dissolvi per nuptias filiae, si velationes interfuerint, a nostris ordinationibus haec doctrina non discrepat. (1)

(2) Quam praefertentiam esse uxori concedendam, ubi bona sua dotalia, aliis creditoribus concurrentibus, (2) vult repetere, extat praeventum; sed non erit minus considerationis, sub quo instrumento creditores, & uxor se in iudicio personent. (3)

(1) Vid. verb. Mater, vers. Advertitur: in add. hisp. (2) Vid. verb. Bona laicalia, vers. Generalitas: (3) Vid. verb. Restitutio, art. 4. per tot. & prox. relata.